witchcraft
BF
1583
A2
D23

PRESIDENT WHITE LIBRARY.
CORNELL UNIVERSITY.

A.17.4044

5/1/03

witchcraft
BF
1583
A2
D23

PRESIDENT WHITE LIBRARY.
CORNELL UNIVERSITY.

A.17.4044

5/1/03



The table shows w[illegible] me was taken.

7490 3201

L. D. 29738 2

HARDEVVICI à DASSELL. J.C.

RESPONSVM JURIS, IN CAUSA POENALI MALEFIcarum VVinſienſium.

PRO DEFENSIONE INNOXIARVM, ET CONDEMNAtione nocentum; ne quiſquam ante judicium injuſte innocenterq; condemnetur;

AD REQUISITIONEM QUOrundam Dominorum & amicorum, juris juſtitiæq; amantium, conſcriptum.

JCtus.

Ignorantia Judicis plerunq; eſt calamitas innocentiæ.

HAMBURGI.
THEODOSIUS VVOLDERUS.
1597.

7440 D 201
BK
A. 174044
W
5/1103

Nobili, Magnifico, &
Conſultiſſimo viro,
Dn.
FRIDERICO à VVEIHE,
Juriſconſulto eximio.

Illuſtriſsimi Principis ac
Domini,
DN. ERNESTI
Ducis Brunſvigici &
Luneburgici, &c.
CANCELLARIO,
Fautori, & compatri ſuo
chariſſimo:

Hoc de jure Reſponſum
HARDEVVIGUS à DASSELL. J.C.
Obſervantiæ ergò
Nuncupabat
Cal Julij.
Anno redempti orbis
1597.

HARDEVVIGI à DASSELL,
I. U. CONSULT:

RESPONSUM JURIS
in cauſa pœnali maleficarum Winſienſium.

CUm JCto, ceu ſacerdoti Juſtitiæ, non mandatum modò à Deo ſit, quemvis nos requirentem, de Jure juſtitiaq; informare (Cuſtodi legem atq; judicium, *inquit Deus per Prophetam*, & erit vita animæ tuæ.) *Verum etjam permiſſum ſit in cauſis criminalibus, quibus nimirum de vita & ſalute hominis agitur, veritatem luce meridiana clariorem, ſo-*

lidis & ex fundamento Juris petitis
argumentis & rationibus palàm fa-
cere, ne ante judicium quisquam in-
nocenter condemnetur; propterea ab
ab amicis, justitiæ amantibus, nuper
id sim deprecatus: Operæ pretium
me facturum putavi, si, quod, fa-
vente Dei mei gratia, ex fontibus
utriusq; Juris, legum & Canonum
Regulis, & Ictorum rescriptis, in hac
criminali mulierum maleficarum
VVinsiensium causa nuper mihi pro-
posita, in gratiam eorum, quibus ho-
nestè nihil denegare possum, collegi
brevi hoc Responso compræhenderem;
Ut, quid de hac ardua Capitali causa
verè sentiam, amici ac boni viri in-
telligant, ac candidè & syncerè ju-
dicent.

Illam

Illam autem, cùm ob temporis, quod perexiguum mihi ad hoc concessum fuit, angustiam, prolixè pro & contra resolvere nequeam; Tria tantum capita, quæ magis necessaria & potiora videntur esse, nunc tractabo.

Primùm, utrum videlicet mulieres veneficij ceu reæ delatæ & captæ quando aliter veritas elici non potest, torqueri potuerunt nec ne?

Secundò, si tortæ fuerunt, nec quicquam de hoc crimine confessæ, an absolvendæ, an verò condemnandæ, vel quid aliud faciendum sit?

Tertiò, utrum purgatio ve
probatio Sagarum per aquam
frigidam jure licita sit, & con
veniens indicium culpæ vel in-
nocentiæ, quidq; de ea
sentiendum?

sum

SUMMARIA RESPONSI.

1. *Officium Iudicis in torquendis maleficis delatis.*
2. *Tortura datur in subsidium, quando aliter veritas inveniri nequit.*
3. *In veneficis torquendis summa prudentia requiritur.*
4. *Iudex ad maleficas quæstionibus exponendas festinare non debet, nec tamen tormenta penitus omittere.*
5. *Fama absq; aliis adminiculis non est sufficiens ad torturam.*
6. *Iulii Clari opinio verior & tutior.*
7. *Dæmoniaci concubitus etiam honestis ac probis matronis sæpe accidunt.*
8. *Summum Ius, summa injuria dicitur.*
9. *In re dubia benigniorem sequi interpretationem, non minus justius est quàm tutius.*
10. *Diabolus mendacii Pater.*
11. *Cum de tortura agitur, testes sine juramento admittuntur.*

12. Defectus Iuramenti ſuppletur ex multitu 25
dine teſtium.
13. In condemnatione perſonæ, teſtes deben 26
eſſe idonei & legitimè recepti.
14. Papa non poteſt diſpenſare, quòd teſtis in 27
judicio non debet jurare.
15. Teſtis jure divino debet jurare in judicio. 28
16. Teſtes recepti, parte non citata ad viden-
dum illos jurare, penitus nihil valent 29
etjamſi centum eſſent.
17. In cauſis maleficarum ordo Iudiciariu 30.
denunciatur.
18. Teſtes omnino debent eſſe jurati. 31.
19. Maleficæ propter nudas ſuſpiciones &
diffamationes condemnari non poſſun
20. Capto temerè & ſine urgente cauſa fit in 32.
juria & ignominia irretractabilis.
21. Confeſsio per torturàm illatam, legitimi 33.
indiciis non præcedentibus, nulla eſt.
22. Pluralitas ſociarum inculpantium faci 34.
ſufficiens indicium ad torturam.
23. Ad famam probandam quæ requirantur
24. Vulgi opinio non dicitur fama, ſed van 35. I
vox populi.

25. *Fama vehemens sola sufficiens est indicium ad torturam.*

26. *Purgatis indiciis reus debet absolvi & dimitti.*

27. *Reo torto, nihilq; confesso Iudex debet concedere abolitionem accusationis.*

28. *Reipub. interest, ne delicta maneant impunita.*

29. *Ex pluribus indiciis simul junctis, resultat sufficiens & plena probatio.*

30. *In factis secretis & occultis non requiritur tàm plena probatio, sicut in aliis.*

31. *In indiciis indubitatis atq; vehementibus, judex potest aliquem capitaliter condemnare, præsertim in delictis secretis.*

32. *In crimine hæresis maleficarũ captus debet ac potest interrogari de sociis criminis.*

33. *Testimonium sub tormentis depositum & metu tormentorum, idem est.*

34. *In criminibus non exceptis tres vel quatuor familiares contra reum plenam faciunt probationem.*

35. *Indicia facti sunt, quæ præ oculis sunt, quamvis non adsit evidentia facti.*

36. *Inculpatio ſocii criminis, etiam cum tor-*
mentis facta, non ſufficit ad torquendum
ſocium, niſi depoſuerit ſub juramento.

37. *Ordo Iudiciorum requirit, ut primo teſti*
juret, poſtea deponat.

38. *Magna eſt differentia, ſi quis deponat tan-*
quam teſtis, & ſi quis deponat tanquam
reus.

39. *Pluralitas ſociorum abſq; juramento, pra-*
bet ſufficiens indicium ad torturam.

40. *Socius criminoſus de ſe confeſſus, infami*
eſt, & ob id contra alium teſtificari ne-
quit.

41. *Iuramentum eſt quædam tortura ſpiri-*
tualis, quæ in animo conſiſtit.

42. *Maleficæ per abnegationem Chriſti, pl*
quam perjuræ factæ ſunt, & excommuni-
catæ, quò ad Deum.

43. *Nemo præſumitur immemor ſalut*
æternæ.

44. *Ductus ad ultimum ſupplicium, & con-*
ſtitutus in extremis, non præſumitu
mentiri.

45. C

46. C

47. I

48. I

49.

50. I

51.

52.

53.

54.

55.

Cer

45. *Certissimum signum probandi, utrum quis venefica existat.*

46. *Mulieres maleficæ in tortura, flent sine lachrimis.*

47. *Principes terræ non debent grandia delicta dimittere, etiamsi legitimæ probationes deficiant.*

48. *Iudex non potest derogare probationi factæ per torturam.*

49. *Inducta ad augmentum non operentur diminutionem.*

50. *Intellectus l. etsi excepta C. de Malef. & Mathemati.*

51. *Quicquid lex statuit, observandum.*

52. *In judicis arbitrio est, quantam fidem attestationibus sociarum criminis adhibere velit.*

53. *Tortus non evadit condemnationem, si crimen confiteri nolit.*

54. *Condemnatio ad triremem in perpetuum non convenit in mulieres, nec in violenter suspectis veneficis satis tuta est*

55. *Veneficæ cum discrimine humanæ societatis dimitti non debent.*

De

56. De Iure civili, pœnam perpetui carceris n
debet quis ſuſtinere.
57. Pœna perpetui carceris capitalis eſt, & aq
paratur pœnæ mortis.
58. Divina juſtitia non permittit Dæmo
naturalem potentiam exercere in inca
ceratos,
59. Iudex non debet ad condemnationem pr
perare.
60. A novis indiciis reus quæſtionibus ſubj
non poteſt.
61. Reus non ſufficienter tortus in tortura
repeti poteſt.
62. Nonnulli judices indifferenter repetu
torturam abſq; novis indiciis, ſed mal
63. Optima cautela, qua confortantur ma
ficæ citiùs ad confitendum induci, qua
per torturam.
64. Alia cautela, qua venefica ad confite
dum induci poſſunt.
65. De crimine maleficarum acerrima debet
judice fieri indagatio.
66. Iudicis officium in cuſtodiendis mal
ficis.

67. C
68.
69. R
70.
71.
72.
73. I
74.
75. I
76.
77.
78.

67. *Maleficæ à Dæmone frequentantur & sollicitantur, ut sibimet mortem consciscant.*

68. *Alia cautela, qua veneficæ ad confitendum induci possunt.*

69. *Rex Salomon sapientissimus fingebat se velle, quod nolebat.*

70. *Omnes maleficæ pro innocentia sua affectant judicium aquæ frigidæ subire.*

71. *Ex affectato judicio aquæ frigidæ, quòd veræ maleficæ sint, agnoscuntur.*

72. *Purgatio aquæ frigidæ est opus magicum, ac diabolo auctore excogitatum commentum.*

73. *Ea quæ communiter à vulgo fiunt, non sunt in Exemplum trahenda.*

74. *Veteres superstitiones olim damnatæ, hoc nostro infælici seculo renovantur.*

75. *Iudex providus & circumspectus esse debet, ne peccet contra 2. Decalogi præceptum.*

76. *Purgatio aquæ frigidæ nulla Canonum aut legum authoritate fundata est,*

77. *Qui utuntur vulgari probatione, tentant Deum, dum quærunt ab eo miraculum sine causa.*

78. *Dictum Anchorani.*

79. Co-

79. *Cogentes ſubire probationem aquæ frigid peccant.*

80. *Probatio per aquam frigidam eſt opus ſuper ſtitioſum à diabolo introductum.*

81. *Confeſſio nullo legitimo judicio præcedent etjamſi in tormentis facta, ipſo jure nu la eſt.*

82. *Purgatio aquæ frigidæ juri & rationi r pugnat.*

83. *Cauſa, quare Sagæ non ſubmergantur?*

84. *Diabolus in protegendo Maleficæ omne operam ſuam addixit.*

85. *Tàm naturale eſt corpori gravi in profu dum deſcendere, quàm natare cont naturam.*

86. *Iudicium aquæ frigidæ ſortitur effect ex pacto implicito cum dæmone.*

87. *Regula Divi Auguſtini.*

88. *Iudex, omnem diligentiam pro eruen confeſſione Sagarum adhibere debet.*

HARDEW. à DASSEL
RESPONSVM.

CHRISTO DUCE ET AUSPICE CHRISTO.

QUamvis Judex in huiuſmodi maleficarum cauſis, quibus de vita & ſalute hominis agitur, non debeat eſſe facilis ad torquendas 1.
maleficas delatas, non ideo tantùm, quòd tortura datur demum in ſubſi- 2.
dium, quando aliter veritas inveniri nequit l. edictum. §. Divus Pius, ff. de quæſt. l. quoties & l. fin. C. eo, in quibus locis plenè notant Dd; Verumetjam quia in maleficis torquendis 3.
ſumma prudentia & vix comparandus labor requiritur, adeò ut, niſi divina coactio per ſanctum Angelum concurrens, maleficium diaboli depellat, tam inſenſibiles in doloribus tormentorum efficiantur, ut membratim potius decerpantur, quàm veritatem criminis fateri queant, ut loquitur Jacobus

Spren-

Sprenger. in Malleo ſuo Malefic. Id
circo Judex ad tales mulieres quæſtio
nibus exponendas feſtinare non de
bet, ſed varias vias pro inveſtigand
4. veritate tentare: nec tamen torment
penitus omittere prout hæc omnia l
tius tractant compilatores Mallei M
leficar. in 3. part. quæſt. 13. & quæſt. 2
ad quorum dicta me remitto. Verùm
quia veneficæ, de quibus in caſu, ja
modò tortæ fuerunt, nec quicquam
hoc crimine confeſſæ, rectè nunc qua
ritur, An ſint abſolvendæ, An ve
condemnandæ, vel quid aliud fac
endum?

Prima conſideratione dicendum
videtur, quòd omnino ſint abſolvend
quia nihil contra eas apprimè urge
Fama enim, quæ contra eas extitit,
adhuc extat, parum valet, quandoqu
dem propter diffamationem illam j
dici aperiebatur ſolùm via ad inqu
rendum, ut C. qualiter & quando, &
C. inquiſitionis, cum utrobiq; notat
per Dd. ext. de excuſation. De

con

conſ. 175. col. 2. num. 2. Angel. in tract. de malefic. in verb. hæc eſt quædam inquiſitio nu. 50. Et ſecundum eos non ſufficit diffamationem ſemel fuiſſe exauditam, ſed opus eſt, quòd ſæpius præceſſerit, & tanta ſit, ut generet ſcandalum, & ſine periculo tolerari non poſsit. Ipſa autem fama abſq; aliis 5.
adminiculis non eſt ſufficiens ad torturam, prout communiter Dd. tenere dicit Hippolit. de Marſil. in conſ. 3. n. 5. & in l. de minore n. 30. ff. de quæſtion. ubi copioſè pro hoc allegat. Idem facit in ſuo ſingulari 97. idem teſtatur Jul. Clar. lib. 5. receptar. ſentent. §. fin. c. 21. in princ. ubi alias quoq; dat remiſsiones, ſubdens ſe hanc communem 6.
opinionem ſemper eſſe ſecutum, tanquam veriorem & tutiorem, & ſemper quoq; à juſtis judicibus obſervari, licet referat aliquos ibidem tenentes contrarium, & plures alios Anton. Gomeſ. lib. 3. Reſolut. c. 13. num. 10. Si igitur propter illam diffamationem ſolam dictæ veneficæ torqueri non poterant:

sed infamiam comitante scandalo, ut
latè nobis proponitur in casu, nec non
vehementi suspicione indici ei debeat
purgatio. C. omnib. 2. quæst. 5. c. inter
sollicitudines, &c. accedens ext. de
purgat. Canon. ita volunt dicti compi-
lat. Mallei Maleficar. in 3. part. quæst.
21. Roman. consil. 351. per tot. & Felin.
in d. c. qualiter & quando in princ.
col. 5. vers. ult. ext. de accusation. plura
allegans, quæ tamen de jure Canonico
tantum loquuntur. Sed de jure ciuili
est text. in l. præsenti, §. sicut, C. de his
quæ ad Eccles. confuger. ubi glos. po-
nit concordantia jura Jacob. de Belvisio.
in pract. crimin. Rubr. de probation.
negat. nu. 13. & seq. Angel. in d. tract.
malefic. in verbo falcario. num. 50.
Socin. in l. ait prætor in princ. col. 2. ff.
de jurejur. Ex quibus apparet, quòd
illa diffamatio non valdè urgebat ad-
versus dictas veneficas, nedum ad con-
demnandum aliquo modo, sed ne ad
torquendum quidem.

Cæterum accedentibus aliis quibus-

dam

dam indiciis & adminiculis, jure tormentis ſubjectæ fuerunt. Inter quæ hoc præ cæteris vehementius eſſe putatur; quòd dictas veneficas, aliæ maleficæ quondam earũ ſociæ, ſeorſim in diverſis illius territorii locis captæ, confeſſę, & ultimo ſupplicio affectæ, tanquam ſocias multorum maleficiorum & diabolici fœderis depoſuerunt, & tales eſſe aſſeveraverunt concorditer, illa facinora & omnes circumſtantias aperientes, adeo ut vix credibile videatur, præfatas maleficas eſſe inſontes.

In qua re advertendum eſt, ut etiam teſtimonia illarum maleficarum non magnoperè æſtimanda ſint, ſiquidem, ut ex caſu colligere licet, aſſerunt facta, in quibus ipſęmet deceptæ & illuſæ fuerunt per Diabolum, Die verleugnung Gottes/annehmung vnd Bulerey des böſen Geiſtes/mit einander fahren/zuſamen komen/zechen/tantzen/ſchadenthun/vnd dergleichen. Etenim hæc non verè fiunt, ut corporaliter de loco in locũ transferãtur, feſta & ludos celebrẽt, ſed feleratæ

mulieres dæmonum illusionibus se
ductæ, hæc fieri credunt, ut prolix
ostendit text. elegans in C. Episcop
ad med. 26. quæst. 5. hisce verbis.

Quapropter sacerdotes per Eccle
sias sibi commissas populo Dei omn
instantia prædicare debent, ut nou
rint hæc omnia falsa esse, & non à d
vino, sed à maligno spiritu talia pha
tasmata mentibus fidelium irrogari a
bitrentur. Siquidem ipse Satanas, q
transfigurat se in Angelum lucis, cu
mentem cujuscunq; mulieris cæper
& hanc per infidelitatem sibi subjug
verit, illico transformat se in diversa
rum species personarum atq; simili
dines, & mentem, quam captivata
tenet, in somniis deludens, modò læt
modò tristia, modò cognitas, modò
cognitas personas ostendens, p
quæq; devia deducit, & cùm solus sp
ritus hoc patitur, infideles hoc non
animo, sed in corpore evenire o
nantur. Phantasticè igitur solummo
tales transformationes accidunt, qu
mul

multis insuper argumentis demonstrat Joan. Francis. Poncinnibius in tract. de Lamiis nu. 45. cum seq. Et nostro seculo doctissimi viri Martinus de Arles in tract. de superstition. cap. 6. Hieronym. Cardan. lib. 18. vers. unguentum Lamiarum, de subtilitat. & rursum lib. 15. cap. 80. de varietat. rer. ubi eleganter rationes reddit incrementorum tàm absurdorum deliramentorum, & Joan. Baptist. à Porta Neapolit. lib. 2. Magiæ natural. cap. 26. & denique Johan, VVeigerus lib. 2. de præstig. Dæmonum. cap. 31.

Idem sentiendum & dicendum de 7. illusionibus dæmoniaci cõcubitus, quę etjam honestis & probis sæpenumero matronis accidunt, ut testatur Martin. de Arles in d. tract. de superstit cap. 7. Cardan. etjam d. c. 80. & omnium diligentissimè copiosissimeq; demonstrat VVeiger. d. lib. 2. cap. 33. & seq. capit. cum multis inibi per eum allegat: & rationibus & authoritatibus: inter alias etjam Cassan. dicentis:

Nullo modo igitur credendum eſt
ſpirituales figuras cum fœminis natu
raliter coire poſſe, &c. Quæ cum it
ſe habeant, non video, quo jure, ni
ſummo, quod ſumma etjam injuri
8. dicitur, præfatæ veneficæ ad pœnam
mortis, adeoq; ignis (quæ graviſsim
habetur) ob ſolas hujuſmodi illuſio
nes, cum in cæteris fuerint innoxia
condemnari poſsint. Certè in re dubi
9. benigniorem ſequi interpretationem
non minùs juſtius eſt, quàm tutius,
dicit J.C. Marcell. in l. Ea quæ §. 1. f
de R. J. L. quoties & l. in ambiguis, f
eod. tit. Quod & ipſum per plura ar-
gumenta comprobat Johan. Franciſ
Poncinnib. in d. tract. de Lamijs n. 4
46. 47. & 48. uſq; ad 62. qui tandem e
hoc nu. 62. expreſſam & abſolutam
facit concluſionem: Quòd in hoc cri
mine de conventibus maleficarum &
geſtis in illo ludo conſcii, ſocii & par
ticipes criminis non admittantur a
teſtimonium: Imò contra delatas ſo
cias non modò non faciant fidem, ſe

nec indicium ad inquirendum ſecund. Poncinnib. cum dicta talium perſonarum procedant à viſione dæmonum, qui per deceptos homines alios quoq; decipere geſtiunt, & à diabolo mendacii patre, qui multos docendi modos habet, prout de his ſunt textus in C. qui ſine ſalvatore 26. quæſt. 5. Et alioquin traditur generalis doctrina, quòd confeſsio ſeu aſſertio ſociarum criminis faciat ſolùm aliqualem præſumptionem contra ſociam, & per ſe ſola ſine aliis indiciis etjam in criminibus hujuſmodi exceptis, in quibus de ſe confeſſus, de aliis interrogari poteſt, non ſufficiat torquendum delatum ſocium. Hæc in terminis noſtris Gandin. in tract. malefic. in tit. de quæſtion. n. 17. Guido de Suſar. in tractat. de indic. & tortur. col. 8. num. 51. Marſil. in conſil. 78. num. 14. & in ſingul. ſuo 200. ubi plures allegat. Alex. conſil. 128. nu. 6. n 4. volum. Corn. in conſ. 58. in fin. n 5. volum. Pariſ. conſil. 151. num. 9. & 10. in 3. volum. & ratio Dd. 10.

est, quia reus tanti criminis de se con-
fessus turpis persona est. Ideo contra
alium sine tormentis non auditur. C. illi
qui 6. quæst. 5. Alex. conf. 9. n. 5. & 6
in 1. vol. Hippolit. de Marsil. in cons
22. n. 22. Roland. à Valle in conf. 16
nu. 17. in 1. vol. qui alios quoq; pro ist
ratione allegant. Nec ad rem pertinet
si quis dicat, huic rationi in casu nostr
satisfactum esse, vbi plures socię crim
ris veneficas detulerunt sub tormenti
prout satis ex casu colligitur, Wie auch
als sie vor Recht gestellet / vnd jhnen d
Vrichten vnd bekentnusstn jhres vorha
delens vorgelesen/bezeugen/ Quia respon-
detur, ne hoc quidem sufficere, sed
quòd juramentum debeat etjam pra
cedere in singular. tradit Hippolit. d
Marsil. in pract. crimin. §. diligente
num. 162. & seq. Nam, inquit, si cap
sunt duo vel plures rei criminis soci
& unus vel plures confiteantur crime
sponte vel in tortura, & confiteantu
etjam, quod alius fuerit illorum soci
in illomet delicto quod tale est, ut in

soci

socius possit interrogari de consociis, quòd tamen dictum socii non faciat indicium ad torturam, vel alium contra socium, ex quo ille non juravit, quamvis hoc ipsum dixerit in tortura. Nedum enim in criminalibus, sed nec in civilibus causis, cum de tortura inferenda, vel de alio præjudicio irreparabili agitur, testes sine juramento admittuntur, ut habetur in l. jurisjurandi C. de testib. & in c. tuis ext. eod. ut latiùs Marsil d. loco, qui dicit ibidem nu. 66. se per hanc doctrinam liberasse quendam à morte. Quem in hoc expresse sequitur Hieronym. Gigas in tract. de crimin. læsæ majest. quæst. 24. num. 3. Anton. Gomes. lib. 3. resolut. cap. 12. num. 18. vers. advertendum, & Jul. Clar. lib. 5. sentent. C. 21. num. 11. vers. quæro nunquid ad hoc, qui affirmat se ita semper vidisse servari. Nec prodest in casu nostro, quod non una sola vel duæ maleficæ sociæ contra has veneficas ita deposuerunt, sed multæ, nempe octo vel plures. Quia litet adsit 11. 12.

est, quia reus tanti criminis de se con-
fessus turpis persona est. Ideo contra
alium sine tormentis non auditur. C. illi
qui 6. quæst. 5. Alex. cons. 9. n. 5. & 6
in 1. vol. Hippolit. de Marsil. in cons
22. n. 22. Roland. à Valle in cons. 16
nu. 17. in 1. vol. qui alios quoq; pro ist
ratione allegant. Nec ad rem pertine
si quis dicat, huic rationi in casu nostr
satisfactum esse, vbi plures socię crim
ris veneficas detulerunt sub tormenti
prout satis ex casu colligitur, Wie auch
als sie vor Recht gestellet / vnd jhnen d
Vrichten vnd bekentnussen jhres vorha
delens vorgelesen / bezeugen / Quia respon-
detur, ne hoc quidem sufficere, sed
quòd juramentum debeat etjam pra
cedere in singular. tradit Hippolit. d
Marsil. in pract. crimin. §. diligente
num. 162. & seq. Nam, inquit, si cap
sunt duo vel plures rei criminis soci
& unus vel plures confiteantur crime
sponte vel in tortura, & confiteant
etjam, quod alius fuerit illorum soci
in illomet delicto quod tale est, ut in e

soci

ſocius poſsit interrogari de conſociis, quòd tamen dictum ſocii non faciat indicium ad torturam, vel alium contra ſocium, ex quo ille non juravit, quamvis hoc ipſum dixerit in tortura. Ne dum enim in criminalibus, ſed nec in civilibus cauſis, cum de tortura inferenda, vel de alio præjudicio irreparabili agitur, teſtes ſine juramento admittuntur, ut habetur in l. jurisjurandi C. de teſtib. & in c. tuis ext. eod. ut latiùs Marſil d. loco, qui dicit ibidem nu. 66. ſe per hanc doctrinam liberaſſe quendam à morte. Quem in hoc expreſſe ſequitur Hieronym. Gigas in tract. de crimin. læſæ majeſt. quæſt. 24. num. 3. Anton. Gomeſ. lib. 3. reſolut. cap. 12. num. 18. verſ. advertendum, & Jul. Clar. lib. 5. ſentent. C. 21. num. 11. verſ. quæro nunquid ad hoc, qui affirmat ſe ita ſemper vidiſſe ſervari. Nec prodeſt in caſu noſtro, quod non una ſola vel duæ maleficæ ſociæ contra has veneficas ita depoſuerunt, ſed multæ, nempe octo vel plures. Quia litet adſit 11. 12.

multitudo testium, non tamen eis cre-
ditur nisi juratis, nec defectus juramen-
ti suppletur ex multitudine testium, u
singulariter tradit Dominic. de S. Ge
minian. in C. multis in 2. notab. per il
lum text. 44. distinct. & Jas. in repeti
l. admonendi num. 234. ff. de jureju.
vide tractat. nostr. de jurejur. in cap
de juramento testium. Cum igitur dict
venesicæ propter solam asseveration
sociarum non videntur quæstionibu
subjici potuisse, quanto minùs ex illo
rum dictis cõdemnari possent. Etenim
in hac materia maleficarum, quoa
condemnationem personæ, testes de-
13. bent esse idonei & legitimè recepti, &
numero quoq; sufficientes, ut notabili
ter tradunt compilator. Mallei male
fic. in 3. part. quæst. 7. qui in speci
quoq; addunt: quod tales testes debe
ant esse jurati, sicut etjam passim in illo
opere hoc repetunt, quamvis nihil pro
hoc præcipuè allegent. Sed facile pro
bari de jure potest ex supra dictis: E
14. quia Papa ipse non potest dispensare
quo

quod testis præferendo testimonium
in judicio non debeat jurare, cum hoc
sit de jure divino, Genes. cap. 51. Ita
notabiliter Angel. de Ancor. in lib. de 15.
potest Eccles. quæst. 55. art. ultimo. Fe-
lin. in c. cum constitutus 16. ext. de re-
script. Hippolit. de Marsil. in sing. 214.
in fin. unde judices cauti habita infor-
matione per aliquot testes, eam in
scriptis redigunt, postea citari faciunt
reum delatum realiter si possunt, ne au-
fugiat, ad respondendum inquisitioni.
Et si reus factum neget, iterato testes
debent examinari secund. Salic. in l.
fin. in fin. C. de quæstion. Alex. cons.
180. num. 7. in 2. vol. Thom. Gram-
mat. in cons. 15. num. 3. Jul. Clar. lib. 5.
sentent. §. fin. quæst. 45. col. 8. vers.
cæterum, ubi hoc amplius notabili-
ter addit, quod ista repetitio testium
debeat fieri cum illis omnibus quali-
tibus, quæ requirerentur, si illi
testes nunquam fuissent examinati.
Ideo non solum de novo debent ju-
rare, sed etiamsi tales sunt, quorum

dictis

dictis non adhibetur fides, nisi cum
tortura, ut, quia sunt socii vel participes
criminis, non sufficeret, quòd prius
essent examinati sub tormentis, sed
opus est, ut post juramentum præsti-
tum de novo subjiciantur tormentis
& perseverent in illo dicto suo, alias
non faciunt fidem. Ex quo omne id
quod fuit agitatum ante litis contesta-
tionem, non habeatur in consideratio-
ne, quoad præjudicium ipsius rei, u-
16. latius per Jul. Clar. d. loco. Atq; teste
recepti parte non citata ad videndum
illos jurare, penitus nihil valent, nec
ad probationem, nec ad habendum in-
dicium, prout tortura, etjamsi centum
essent, ut per plura ostendunt Hippol.
de Marsil. in l. fin. ff. de quæstion.
Thom. Grammat. in voto suo num. 7.
& 8. & Matth. de Afflict. in consti.
regni lib. 1. quæst. 27. si damna Clar.
destina num. 34. Roland. à Valle in
cons. 12. num. 35. & seq. in 3. vol. R.
quamvis forte dici posset, quòd in ca-
sis maleficarum hic ordo judiciarius
detru

detruncatur, ita quòd delata mulier 17.
sive reus, non videat testes jurare, neq;
etjam nomina eorum illi publicantur,
tum in favorem fidei, tum propter pe-
riculum testificantium, quod ipsis inde
immineret, ut volunt compilat. Mallei
malefici: tamen sub eodem cap. aper-
tiùs dicitur, quòd testes omnino debe-
ant esse jurati, scilicet coram judice, 18.
notario, & aliis honestis personis assi-
stentibus, ut repetit: in eod. malleo ma-
lefic. in 3. part. quæst. 7. mihi col. 3. in
princ. quod in casu nostro factum esse
non constat nobis. Ex quibus nunc satis
planum esse videtur, quòd dictæ male-
ficæ propter suspiciones, diffamatio- 19.
nes & depositiones sociarum criminis
prædicto modo factas condemnari
non possint. Sine legitimis enim fideq;
dignis non solum suspicionibus, ve-
rumetjam indiciis & probabili diffa-
matione publica, nec ad capturam qui-
dem judex procedere debet secundum
Angel. Aret. in tract. malef. in ver.
fama publica. Imò secundum Marian.
Socin.

Socin. in tract. de citat. in 2. artic. princ. in 24. quæst. etjam plenè de delicto constare debet ante capturam ut refert & sequitur Ægid. Boss. in tract. crimin in tit. de captur. colum. 1. & 2. Hinc est quod nobilissimus Eques Jodocus Domhauder. in enchirid. rerum criminal. in tit. de citat. rea sive captura n. 7. cum sequent. graviter invehitur in officiarios justitiæ, qui proprio arbitrio quemvis delatum temerè, quovis tempore, aliquando sine urgente causa, & ex vento (ut vocat) capiunt. Scribit enim hujusmodi captos non mediocrem fieri injuriam, *imò* ignominiam irretractabilem, teste Bal. in l. 1. 1. C. de restit. in integr. net non Jas. multa allegante in l. 4. §. si quis condemnatus sit, n. 22. & sequent. ff. de re judicat. eaq; de causa punitioni eos subjacere haud mediocri, &c. Atque etiam confessio per torturam illatam, legitimis indiciis non præcedentibus, licet postea ratificata statim ex intervallo, durante captura rei in potestate ejus-

ejusdem judicis, nulla est, nec confitenti præjudicat Mattheſil. ſingu. 55. Hippol. de Marſ. in l. pen. ff. de quæſt. Thomas Gram. conſ. 37. Fatemur autem, ut ſupra quoq; , quod dictæ maleficæ omnino erant torquendæ.

Nam propter diffamationem multa alia exiſtebant indicia: Inprimis, quod converſationem & amicitiã habebant cum aliis maleficis, quod conſiderat l. 4. C. de Malef. & Mathe. & Mall. Malef. in 3. part. quæſt. 19. col. 2. Deinde quia tot aliæ Maleficæ tanquam ſocias 22.
eas inculpabant, & pluralitas ſociarum inculpantiũ maximè in iſtis criminibus exceptis facit ſufficiens indicium ad torturam per tex. in c. in fidei, cum ibi notatis de hæret. in 6. col. 6. n. 22. ex. de accuſat. Hippolit. de Marſil. in conſ. 74. n. 13. Boër. deciſ. 319. n. 5. & 7. Gravet. conſ. 178. n. 3. Roland. à Valle in conſ. 16. n. 4. vol. 1. volentes quòd duo tantum ſufficiant etjam in caſibus nõ exceptis, quod poſt alios etjam tenet Jul. Clar. lib. 5. ſentent. cap. 21. verſ. ſed pone:

Ter-

Tertiò etjam accesſit variatio, qu
prius negaverunt & pernegaveru
ipſis hoc crimen ab aliquo famoſo o
jectum fuiſſe, & tamen poſtea fa
ſunt quod aliquoties hoc ipſis ob
ctum fuerit, quæ variatio & fa
magnum præbuit adminiculum, ut
compilat. Mall. Malef. in 3. p
quæſt. 14.

Etſi enim ad famam proband
quòd ſit fide digna, &, ut probet (
23. tem ſemiplene) vel ut faciat ſuffici
indicium, multa requirantur, præſer
verò quòd ſit orta à perſonis
dignis & idoneis, non autem à
lignis, invidis, obtrectatoribus &
micis ſuſpectis, C. cum oporteat
de accuſat. & quod illa fama, ſi ema
rit ex cauſis omnino probabilibus,
per Angel. indict. verb. fama publ
& ibi Auguſt. & ibi Lancellot. Cor
breviar. Prætorio lib. 1. cap. 9.
Prætore §. 2. n. 54. Ubi circa fi
concludendo dicit, quòd vulgi op
24 non dicitur fama, ſed ea ſola quæ tr
or

originem ex pluribus causis, quæ inducunt populum ad sic dicendum vel credendum, aliàs non est fama, sed vana vox populi.

Et Gabriel Saraina, in addition. ad 55. singular. Mathesil. dicit, Baldum in consil. 275. incipient. ad evidentiam, col. 1. velle, quòd si fama, per quam quis torquetur, sit adeo nuda, quod nulla habeat argumenta pro se, nisi confessionem torti, etsi perseveraverit ille in ea, tamen non valeat. Sed fortasse idem Saraina voluit allegare Bal. consil. 76. incip. ad evidentiam & cons. seq. vol. 3. Idem tradit Hippol. de Marsil. in l. pen. ff. de quæstion.

Tamen ex hoc casu undiq; apparet famam contra has valde fuisse vehementem, & talis fama, vehemens sola sufficiens est indicium ad torturam, ut 25.
cumulatè probat Hippolit. de Marsiliis in pract. criminali, §. diligenter n. 9. & seq. In quo latius non insistimus, quia in arbitrio judicis est, quæ indicia sint sufficientia ad torturam l. de minore,

nore, §. plurimum l. fin. ff. de quæstion. & utrobiq; Dd. Guido de Susar. in tract. de indiciis & tortura in 1. part. quæst. 3. in princip. Paul. Griland. in tract. de quæstion & tortura cap. 3. ad fin. cum similib. Nunc verò postquam sæpe dictæ veneficæ tortæ fuerunt, nec tamen quicquam confessæ, nihil aliud restare videtur, quam quod absolvantur & dimittantur. Nam etsi daffamato prius indicatur purgatio, ut supra dictum: tamen usus quotidianus fert hanc declarationem adjecit, quando indicia contra reum (ut in casu nostro) quæ per ejus confessionem non sunt elisa, quod tunc non expurgantur juramento sed tortura. Et ita practicam dicit Marc. Anton. Blanc. in pract. crimin. §. datis defensionibus num. 72. Quare cum dictæ veneficæ jam tortæ fuerint huic purgationi satisfactū esse videtur, & omnia quæ contra eas existebant indicia sublata, ut per Alber. de Rosate in Rub. C. de quæst. n. 9. Nicol. Boër. in decis. 163. nu. 12.

Quin-

Quinimo si illud crimen sufficien-
ter probatum fuisset contra veneficas,
ipsæ tamē tormentis subjectæ fuerunt,
ut haberetur ipsarum confessio. Unde
cum in tortura nihil confessæ sint, sed
factum negaverint, prior probatio jam
esset elisa & sublata, adeo quòd am-
plius condemnari non possint, sicut
prius poterāt. Ita notabiliter tradit Al-
beric. de Rosate in l. edictum per glos.
ibid. ff. de quæstion. Et ibid. Hippolit.
de Marsil. nu. 3. & in singul. 262. Cæ-
poll. in cons. 32. incipit quidam rusti-
cus col. penult. referens se ita vidisse de
facto servari Veronę, & respondit qui-
busdam tenentibus contrarium, & eun-
dem sequitur Thomas Ferrar. in cau-
tel 5. n. 4. Et consequenter dictæ vene-
ficæ non debent definitivè absolvi, per
ex. in c. fin. ext. de purgat. Canon. ubi
dicitur, quod purgatis indiciis reus de- 26.
beat absolvi & dimitti. Deinde pro hoc
facit tex. in l. fin. ff. de calumniator: ubi
Bald. & alii. Nam ibi patet, si reus tortus
non confiteatur, nec resultet probatio

delicti quod absolvatur. Atq; ita i
practica se observasse scribit Bart. i
fin. num. 1. ff. de quæstion. Idem ten
Ang. in tract. Maleficar. in verb. fam
publ. & pulchrè Anton. Gomes. lib.
resolut. cap. 13. ante num. 29.

Postremo licet in præsenti ca
propter vehementiam indiciorum, j
dex non putaret eas esse absolvend
præsertim quia prolixè relata opin
non usq; quaq; recepta est: comm
nem tamen opinionem docentium
practicantium in hoc sequetur, q
habet, Si reus tortus nihil sit confes
27. sed negavit delictum, quod ei judex d
beat concedere abolitionem accus
tionis, si per illam viam procedat
hoc est, circumducere processum, si
absolvere reum ab illa instantia, n
autem definitivè à delicto, sed ita r
indiscussam relinquere. Sic etia
quando proceditur per viam inqui
tionis, absolvet eum quidem, sed st
tibus prout stant definitivè, ita tra
Alber. de Rosat. in l. Divus Marc

c

col. 1. ff. de offic. præsul. Anton. de Butr. in c. 1. ext. de offic. ordinar. Salicet. in l. si qui adulterii, col. fin. vol. 6. per illum text. cum glos. ibid. C. ad l. Jul. de adulter. & in l. eæ quidem col. penult. num. 137. C. de accusation. & in l. si quis in fine. C. ad l. Jul. Majest. & ibidem Angel. Paris. de Puteo in tract. syndicatus super verb. tortura, §. viro de repetit. torti in fin. fol. 295. Paul. Griland. in tract. de relax. carceris rubr. de absolut. Innoc. quæst. 2. num. 4. Boër. in decis. 163. nu. 12. Hippol. de Marsil. in l. repeti. num. 24. ff. de quæstion. ubi dicit ita practicari in tota Italia, & quod periti Judices hoc casu recipiant fidejussores à Reo de repræsentando ad mandatum Curiæ, & deinde Reus relaxatur de carceribus. Idem tradit in sua practica crimin. §. quoniam 49. Covarr. lib. 1. resolut. c. 1. sub num. 8. & Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. c. 62. col. 2. & alii citati per eos. Effectus est maximus secundum eosdem, quia non obstanti tali senten-

tia, si superveniant indicia, poterit contra eundē iterum procedi, vel per viam accusationis, & si reperiantur legitimæ probationes, definitivè condemnabitur ad pœnam ordinariam, ex quo Rei
28. pub. interest, ne delicta maneant impunita l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. cum similib. Sicuti etiã si reperirentur probationes innocentiæ, ipse absolveretur definitivè, l. absentem, ff. de pœn. Utrunq; enim evidenti ratione suadetur, ut expressum ex Dd. juris, Ex quibus omnibus constare videtur, quod judex in hac causa jam agere debeat.

Veruntamen prædictis minimè obstantibus omnino aliter statuendum
29. est, Nam habemus, quod ex pluribus indiciis simul junctis resultet sufficiens & plena probatio, ut per glos. in l. 2. §. fin. ff. de accusat. tutor. C. illo vos ext. de pignor. Roman. in consil. 7. num. 3. Barbat. consil. 43. colum. 2. num. 2. in princ. vel cum similibus, ut per eum quamvis Hippolit.

de

de Marsil. in practic. in §. diligenter, num. 13. expressè dicat hoc solum procedere in civilibus non autem in criminalib. per l. fin. C. de probation. Et plura alia, de quib. ibi per eum. De cujus veritate aliter hic non disputamus, cùm in casu nostro ex alio non obstet: sumus enim hic in crimine occulto maleficarum, quia occultè se fovent, & ministrant diabolo, ad ludos nocte conveniunt, & maleficia quoq; ut plurimum, secretè procurant, ut notum est. Proinde alia succedit ratio, quia in factis secretis & occultis 30. non requiritur tàm plena probatio, sicut in aliis, sed hic admittuntur conjecturæ, verisimilitudines, indicia quæ in tali casu vim plenæ probationis obtinent; ita notat Bart. in l. si quis ex argentareis, §. an vero, num. 3. ff. de edend. per l. non omnes. à barbaris, ff. de re milit. C. licet ex quodam, &c. veniens. 2. ext. de testib. Speculat. in tit. de furt. ad fin. Bald. in Auth. quas actiones

col. fin. C. de sacrosanct. Eccles. Felin in Rubr. de probat. col. 2. Jas. in l. cum ea num. 5. C. de transact. Frideric. de sen. cons. 119. num. 1. Alex. cons. 146 num. 1. & 3. in 6. vol. Curt. sen. cons. 76. 4. Francis. Brun. in tract. de indic & tortur in 1. part. quæst. 4. Bancan peg. in tract. Syndic. col. 33. num. 15 cum similib. alleg. per eos. Atq; si i dicia indubitata atq; adeo vehemen sint, ut factum vix negari possit, jud
31. potest aliquem capitaliter condemn re, præsertim in delictis secretis, ut tabiliter in d. §. à barbaris & in l. m tes §. oportet. C. de quæstion. Spe in tit. de probat. §. videndum vers & ibi Johan. Andr. in addit. Bart. l ff. de furt. Hippol. de Marsil. in pra crimin. §. principium num. 16. Et fi dubitatum ex qualitate & multitud indiciorum, ut tradit Paris de Puteo tract. syndicat. in verb. tortura nu. 6 & 9. num. 229. & Angel. loco supra tato, per tex. in l. excipiuntur, ubi Bal ff. ad S.C. Syllanian. & Francis. Bru

in tract. de indic. in 1. part. quæst. 4. num 5. Hæc autem in casu nostro planè adesse videntur. Adest enim fama antiqua & constans & vehemens, quòd captæ mulieres maleficæ sint, quæ sola sufficiebat ad eas torquendas, ut diffusè probat Hippolit. de Marsil. in pract. §. diligenter num. 19. 20. & seq. Nota est etiam eorum conversatio & amicitia, quam habuerunt cum aliis maleficis, propter quod non solum indicium oritur, sed etiam eo nomine puniri possunt, ut patet in l. 3. C. de malefic. Accedente præsertim diffamatione, quod voluerunt compilat. mallei malefic. in 3. quæst. 8. ad fin.

Tertiò valde urgent depositiones aliarum maleficarum separatim factarum, quæ valere quoq; debent ad probationem delicti, per text. in d. c. in fidei, de hæretic. in 6. suffragante præsertim verisimilitudine, quæ corroborat earum depositionem, ut ibidem habetur in text. & in C. nostra cum ibi notat. ext. de testib. c. cum causam. ext.

de probat. Lob. carmen, §. fin. ff. de testib. Non enim verisimile est, quòd reliquæ maleficæ diversis temporibus & locis captæ & examinatæ, de tantis facinoribus cum omnibus circumstantiis, tam concorditer dictas veneficas deferre potuissent, nisi ipsæmet interfuissent, & res ita gestæ fuissent, prout in casu latius specificatur. Confirmatur etiam per remotionem ejus, quod supra ab initio dicebamus, confessionem seu assertionem unius socii criminis, contra alium socium non facere indicium ad torturam sine aliis indiciis etiam in istiusmodi criminibus exceptis per ibi allegata, quia primum hoc ita intelligi debet, quòd in his indicium seu præsumptio non debeat esse tanta, quanta in aliis criminibus requiritur, sed sufficit qualis qualis suspicio. Alioquin nihil esset speciale in istis criminibus exceptis, ita tradit Ludovic. Bologni. in addit. in tract. Guidon. de Susar. de indic. & tortur. num. 54. Idem Paris de Put. in tract.

Syn-

Syndicat. An ſtetur dicto torti, num. 5. fol. 229. Alciat. in c. perniciosam, num. 48. & ſeq. ext. de offic. ordina. & Dd. in l. ſi quis alicui, per illum text. C. ad l. Jul. majeſt. quæ ſuſpicio in caſu noſtro adeſt maxima, ut ex ſupra dictis patet. Deinde generaliter teneri poteſt in noſtro caſu, quod dictum unius tantum ſociæ abſq; alio adminiculo ſufficiebat ad torquendum veneficas dictas. Certum eſt enim, quod in crimine hæreſis maleficarum & ſimilium captus debet 32.
ac poteſt interrogari de ſociis criminis d. c. in fidei, de hæretic. in 6. & li fin. C. de malefic. & mathemat. & utrobique notat: ſed in caſibus, in quibus ſocius poteſt interrogari de conſociis criminis, inculpatio unius facit indicium ad torturam contra alium inculpatum, ut tradit Cyn. in l. fin. C. de accuſat. Anton. de Butr. in cap. 1. & ibid. Abb. colu. penult. verſ. ſecundum membrum, & Joan. de Imol. col. 2. num. 2. ext. de confeſsio

Jacob.

Jacob de Beluiſ. in pract. crimin. Rubr
de quæſtion. num. 53. Paris de Put. i
tract. Syndicat. §. an ſtetur dicto tort
num. 25. Hippolit. de Marſil. in l. 1. §
Divus Anton. num. 5. ff. de quæſtion
& in practic. crimin. ſæpe d. §. diligen
ter, num. 59. Si ergo unius ſociæ tort
dictum contra delatas veneficas feci
ſet ſufficiens indicium ad torquend
profectò teſtimonium ſociorum ſu
33. tormentis deponentium vel metu to
mentorum quod idem eſt, ut per Hi
polit. de Marſil. l. penult. nu. 21. & 2
ff. de quæſtion. & in §. crimin. §. exp
dita, num. 9. multò plus efficere debe
& proximè ad veram & plenam pro
bationem accedere, ex quo veriſimil
deponunt. Imò illorum teſtimonium
hoc caſu, quo multa alia veriſimilit
facinora poſſunt eſſe nota, magis ef
cax eſt quàm aliarum perſonarum,
intelligitur. ex d. c. in fidei, cum i
notat. gloſ. fin. in c. 1. de teſtib. in
& expreſsè ita dicunt compilator
Mall. malefic. in 3. part. quæſt.

Pro

Proinde in tali casu valere potest ad plenam probationem, non attento, quòd mulieres sint, ut notabiliter tradit Abb. in c. 3. ad fin. ext. de testib. atq; aliâs videmus, quod in criminibus non exceptis tres vel quatuor familiares contra reum plenam faciant probatio- 34.
nem, ita Jacob. de Barbat. in l. 3. C. de testib. glos. in l. 3. §. ejusdem, ff. eod. tit. Bart. in l. 2. ff. de furt. Paris de Put. in tract. Syndicat. An stetur dicto torti, num. 46. pag. 282. Et secundum hæc non tam indubitatum fama, & cæteris concurrentibus indicium constitueretur, quàm vera & plena delicti purgatio. Solum hic videntur duo repugnare supra in contrarium adducta quæ refellere hoc loco commodius poterimus. Primum est, quòd tales maleficæ sociæ criminis non videantur testificari posse contra delatas socias, cum ipsæ fuerint per Dæmonem in actibus illis illusæ, prout supra extract. Poncinnib. retuli, qui ad hoc movetur potissimum, per text. in C. Episcopi 26. 9.

nu. 5.

rium. 5. Sed ille text. nihil facit secundum, Dd. communiter, qui loquitur in diversa secta quarundam mulierum quæ illusionibus diaboli seductæ credebant Dianam & Herodiadem veras dominas esse, & se certis temporibus illarum illusionibus ad servitium evocari, & cum innumera multitudine mulierum super bestiis equitare, &c. quæ tamen phantasticè fiebant ibidem, verum hoc nihil ad sectam maleficarum, de qua nos loquimur, quæ iniuerunt cum diabolo, & eo magistro omnem creaturæ Dei nocere student, prout hanc diversitatem atq; ipsum contextum, in d. c. Episcopi latè declarat Griland. in tract. de fortileg. Porro Poncinnib. deceptus fuit falsissimo præsuppositio illo, quod maleficæ seu lamiæ per dæmonem non corporaliter deferantur de loco ad locum, Et ideo, quicquid illæ mulieres putant fieri cum sociis, meras esse illusiones, & ex conclusione infert, testimonium illusarum non valere. Istam verò præsup-

posi-

positam concluſionē Poncinnib. quam & alii quidam tenuerunt, tanquam hæreticam damnant compilat. Mall. maleſ. in 1. part. 2. part. Princ. cap. 3. per tot. ubi per quinq; columnas bonis rationibus & exemplis oſtendunt, diabolum tales ſibi addictas mulieres corporaliter de loco in locum conferre, quamvis, ſi velit, etiam phantaſticè illas ludere poſsit. Eandem ſententiam latius per alia viva exempla comprobat, Griland. in d. tract. de ſortileg. in 7. quæſt. per tot. ubi hunc articulum pulchrè examinat & reſolvit, atq; ut cæteras illorum rationes omittamus, hoc ipſum patet ex notiſsimo illo Euangelio, Math. 3. cap. ubi diabolus Chriſtum in montem valde excelſum deduxit, & cerū aſſumptū ſtatuit ſuper pinnaculū templi. Præterea opinio Poncinnibii penitus falſa in caſu noſtro nihil obſtaret, quia ibi loquitur ſolū de teſtimonio Lamiarū, & de his quæ geſta ſunt in ludis illis nocturnis, quaſi in illis deceptæ fuerint viſionib. Sed nos loquimur de

con-

confœderatione & turpi commixtion
habita cum diabolo, nec non de ipſi
maleficis, quæ in facto compertæ fue
runt, & de aliis, in quibus illæ illuſion
non cadunt, & conſequenter ſuper t
libus ſcelerum ſociæ bene poſſunt t
ſtificari. Quia hæc appellantur indic
facti, quæ ſunt præ oculis, quamv
35. nõ adſit evidentia facti, ut diſtinguu
& declarant compilat. mall. malef
in 3. part. quæſt. 7. & 13. Alterum
pariter ſuprà pro prima parte alleg
tum, quod iſtæ ſociæ contra dictas
neficas non fuerint legitimè ut teſ
receptæ neq; etiam juratæ, & obid
illarum teſtimonio non curandum, ſ
certè hoc quoq; non videtur obſtar
quia cum illæ ſociæ maleficæ jam era
captæ & carceratæ atq; de ſe confeſſ
aliter contra alios, qui legitimè in teſ
recipi non poterant. Porro tales om
no debuerunt interrogari de ſociis,
ſupra diximus, Quod lex fruſtra n
voluit: ideo nec juramentum eart
requirebatur, cum deponerent in t
menti

mentis, vel eorum metu. Ad illud verò quod dicebat Hippolit. de Marsil. in d. §. diligenter & alii post eum relati, 36. quod inculpatio socii criminis etjam sub tormentis facta non sufficiat ad torquendum socium inculpatum, nisi deposuerit sub juramento, & multo minus non valebit ad probationem delicti, multipliciter respondemus.

I. Primò quod ipsemet Marsil. cujus illa doctrina fuit originaliter in d. §. diligenter, num. 62. & ante num. 67. expresse fatcatur totum mundum in hoc errare, & plures etiam doctissimos decipi, & ita apertè fatetur ubiq; servari contrarium.

II. Secundò dicimus, quòd Boër. in d. decis. 319. post num. 4. & Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. c. 21. col. 11. non simpliciter sequantur dictum Marsilii, sed addunt sufficere, quomodocunq; socius tortus juret in præsentia alterius socii nominati, inculpationem esse veram, sive hoc fiat ante torturam in præsentia judicis & assistentium, sive

etiam post torturam in præsentia in
culpati. Et ita aperte loquuntur de con
frontatione (ut appellant) quod ipsum
latius declarat Jul. Clar. in d. §. fin. c. 4
col. 9. ubi dicit, quod ista confrontatio
non sit necessaria, licet communiter ad
hiberi soleat. Et volunt compilat. mal
malefic. in 3. part. col. 2. hanc confron
tationem practicari, quando non ex
stunt alia indicia contra maleficas de
latas, ut ibi latius per eos, sed quicqui
sit, etiam dicta declaratio Boërii & Ju
Clari, non satis in jure fundata e
Etenim si illud juramentum exigunt
socio inculpato alio, tunc post depo
sitionem fieri non posset, prout ip
dicunt, cum de ordine judiciorum s
37. ut primo testis juret, postea depona
atque si hic ordo invertatur, dictu
testis non valet, notat Cyn. & alii,
l. jurisjurandi C. de testib. Hippol
de Marsil. in l. penult. ante num 3
ff. de quæstion. Si verò juramentu
hoc exigunt à socio torto, non ut
teste hoc faciunt sine lege, & ita no
aud

udiuntur, l. illam C. de collatio. §. onsideremus Auth. de triente & se-niss. Præterea generaliter dicimus liud esse, si quis deponat tanquam estis,& aliud,si quis deponat tanquam 38.
eus : atq; inter ista magna est diffe-entia, ut Alberic. de Rosat. in l. fin. um. 9. C. de accusat. Abb. in c. 1. ol. 3. ext. de confession. Nam si eponit ut reus, tunc requisita in este non requiruntur, & sic nec jura-entum, quod à teste exigitur, sed ene talis reus sub tormentis interro-ari debet de sociis, ut lex in eo re-uirit, cui facile fuisset adigere, ut iam jusjurandum ab eo petatur, si oc voluisset. Unde cum lex hoc non xpresserit, nec voluisse credendum, l. servum, §. non dixit prætor. ff. de quir. hæredit.

I. Tertiò respondemus, quod il-rum doctrina loquatur solum in su, quando unus solus socius a-um inculpat, secus si duo vel ures. Tunc enim illa plura-

39. litas absq; juramento præbet sufficien
indicium ad torturam, ut 5. plenè p
hoc allegavimus. Nam in his casib
exceptis, in quibus socii admittuntu
duo vel plures socii jurati plenam fac
rent probationem, ut expressè firm
Anton. Gomes. lib. 3. resolut. d. c. 12. s
nu. 8. plures ad hoc allegans.
IIII. Quartò respondemus prædict
doctrinam etjam, quoad probation
habendam, non satis procedere, q
socius criminosus de se confessus
40 famis est, & ob id contra alium test
cari non potest cum juramento, ut
betur in §. si verò ignoti Auth. de
stib. Notat Bald. in l. Presbyteri
princ. C. de Episcop. & Cleric. id
lex voluit dicto socii contra soci
criminis non aliter stari, nisi cum t
mentis, ut in d. §. si verò ignoti Hipp
de Mars. cons. 22. num. 22. cum simil
5. citat: & hæc tortura infertur ad e
endam veritatem, l. unius, §. testis,
de quæst. Si ergo lex torturam indu
tanquã fortius remedium pro erue
ve

veritate, ut patet ex prædictis locis, profecto non est necesse intervenire in eo casu iuramentum, in quo lex non ponit fidem. Quia juramentum est so- 41.
lummodo quædam tortura spiritualis, ut tradit Abb. in c. per tuas, num. 11. ext. de probat. quæ cum in animo consistat, judex ea mediante non potest ex turpi persona certum deprehendere, sed per quæstiones & torturam corporalem judex & facilius & certius potest veritatem investigare, ut experientia rerum magistra docet.

V. Quintò ad hoc in terminis ponderamus, text. in l. fin. C. de malefic. & mathemat. ibi, quod publicum reum, ne facinoris socios publicaret severitati legum & debitæ subtraxerit quæstioni. Quibus verbis apertè demonstratur, quod in casu stetur dicto torti contra socium inculpatum, unde etiam Bald. ibi notat, quod liceat subtrahere quęstioni nec facere, quod veritas non possit apparere. Ex quibus nunc satis constare potest, quod tortura sociarũ

saltem in his criminibus exceptis sub
rogata sit loco juramenti. Præcipu
verò in casu nostro hæresis malef
carum, à veneficis sociis ante tortura
vel sub tortura jusjurandum exiger
ineptum fore. Nam cum illæ abnega
verint Deum, qui est veritas, addicen
do & commiscendo se dæmoni, quem
Deum deponentes contra socias sume
rent pro teste, ut per cujus Euangeli
jurarent? scilicet ita, ut earum juramen
to aliqua fides adhiberetur, quia p
42 abnegationem Christi plus quam p
juræ factæ sunt & excommunicat
quoad ad Deum, juxta glos. in C. 1. 24
quæst. 1. Cardin. Zabarell. in Clemen
1. in princ. quæst. de usur. Felin. in tra
ctat. de conatu col. 2. in princ. atq; s
mel perjurus ad juramentum amplius
non admittitur, C. parvuli, 22. quæst.
Bald. in Auth. ei qui juret, C. de bon
authorit. judic. possidend. Dec. in C
quæstionibus, col. fin. ext. de appellat
& tamen videmus, quod hoc crimin
perjurii testes proferendo testimonio

admit-

admittantur C. accusatus, §. licet de hæretic. in 6. compilator. Mall. malefic. in 3. part. quæst. Quapropter cum & socii sint, juramentum non attenditur, quod verè amplius præstare non possunt, sed tormenta, quorum cruciatu præsumuntur dicere veritatem, ut d. l. fin. C. de malefic. & mathemat. & in summa, quanta fides in hoc crimine sit sociis & participibus adhibenda quomodocunq; examinatis, arbitrio judicis relinquitur, ut apertè probat text. in c. in fidei de hæretic. in 6. ubi Dd. & Abb. in c. 1. col. 2. ext. de confess. Sic igitur per depositiones tot sociarum tortarum non immeritò videri potest, satis probatum esse, quod dictæ veneficæ in eadem societate fuerint & sint maleficæ, quarum depositioni multum roboris accedit, quod absq; illa revocatione suæ delationis Christianè mortẽ obierũt. Per hoc enim fides augetur, ut tradit Gravet. in cons. 6. nu. 61. ubi etiã alia quædam in argumentũ allegat. Præsertim cum per sacerdotem

ad hoc ſpecialiter & ſollicitè adhor-
tatæ fuerint, ut in caſu latius narratur.
Quo fit, ut judex tanto majorem fidem
eis adhibere debeat, & ſit hæc eorum
perſeverantia in mortis articulo jura-
menti loco. Videmus enim eos, qui
ad ſupplicium ducuntur, utcunq; prius
fuerint, cujuscunq; generis malefactis
res tunc temporis venire ad pœniten-
43. tiam & contritionem. Nec quiſquam
præſumitur immemor ſalutis æternæ.
C. ſancimus, 1. quæſt. 7. gloſ. in c. lit-
ras in verb. tam grave ext. de pr.
ſumpt. l. fin. C. ad l. Jul. repetun.
Proinde, ductus ad ultimum ſuppli-
cium & conſtitutus in extremis, cum
44 certò ſciat animam ſuam brevi diſce-
ſuram à corpore, non præſumitur men-
tiri, ita tradit Frider. de ſen. in conſ.
num. 7. Bald. in conſ. 25. caſu ſuper quo
col. 2. ante med. in 1. vol. Paris de Pute
in tract. Syndicat. propè fin. §. ſequitur
modò in princ. Hippol de Marſil. in
practic. crimin. §. diligenter. num. 11
& conſ. 5. nu. 15. Deniq; ultra prædicta
omnia

omnia adeſt adhuc aliud vehemens adminiculum, quia dictæ veneficæ nec ante nec poſt nec in ipſis tormentis potuerunt lacrymari, nec quicquam etiam confeſſæ ſunt. Ex quo taciturnitatis maleficio eas laborare percipimus. Non enim hoc provenire poteſt ex duritia mentis, cum mulieres ſint pro ſua conditione molles. Nec etiam ex quadam tollerantia tormentorum, cum antea nunquam quæſtionibus fuerint expoſitæ. Ergò reſtat quod ex maleficio penes ſe retento, quòd variis modis procurari poteſt & geſtari, non tantum in veſtimentis inſutum, vel alicui parti corporis appenſum, ſed in pilis etiam & ſubter cute, vel ſolis verbis ſubmiſsè prolatis ſenſibilitas conſtringi, ita ut omnes cruciatus quæſtionum elidantur penitus, ut per rationes & exempla declarant compilator Mall. malef. in 3. part. quæſt. 15. col. penult. & finali. Paris de Put. in tract. Syndicat. in verb. tortura & latius Paul. Griland. in tract. de

quæſtion. in 4. quæſt. num. 13. & ſeq. ad quorum dicta brevitatis cauſa me remitto. Porrò jidem compilat. d. quæſt. 15. col. 2. expreſsè dicunt in ſtruendo judicem in hæc verba. Si in veſtigare affectat judex, an maleficio taciturnitatis ſit involuta, advertat, an lachrymari coram eo ſtando queat, au tormentis exponendo. Hoc ipſum enim pro certiſsimo ſigno ex fide dignorum antiqua relatione & propri experientia docente adeo repertum
45. eſt, quod etiam, ſi ad lachrymandu conjurationibus hortetur & compell tur, ſi malefica exiſtit, lachrymas emi tere non poteſt. Dabit quidem flebile voces, & ſputo genas, & oculos linir ac ſi fleret, attentabit, ſuper quo cir cumſtantibus judicibus cautè adver tendum erit: hæc illi: Idem monet Paul Griland. in tract. de ſortileg. quæſt. 9 num. 3. ubi dicit etiam, mirabile eſſe
46 quod talis malefica mulier poſsit flere ſine lachrymis, quod certè in hoc caſu accidiſſe dicitur. Quare prædictis

omni-

omnibus in unum collectis, quod dictæ veneficæ tantopere & tamdiu fuerunt diffamatæ, & amicitiam habuerunt cum plurimis maleficis, & quod tot sociæ contra eas attestatæ sunt, quod & ipsæ sint in hæresi maleficarum, & quæ convicia hujus criminis in eis objectæ protulerunt, ac deinde variaverunt, tandemq; tormentis subjectæ, nec tamen aliquid confessæ sunt, non dubitamus, quin satis probatũ sit, esse nocentes, & probari posse per ea, quæ supra latè deduximus. Pro qua in specie ponderandum est, quod in quacunq; causa hæresis admittuntur probationes leviores seu minores, non solum ad inquirendum, sed etiam ad plenam probationem criminis, per text. in c. in fidei, de hæretic. in 6. quem ita intelligunt communiter Dd. glos. fin. in c. 1. de test. in 6. & ibidem quoque Dd. compilat. Mall. malefic. in 3. part. quæstione 3. Hippolit. de Marsil. in consil. 109. numer. 12. Egid. Boss. in titul. de hæretic. num. 5.

Jul.

Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. hæresis col
antepenul. vers. hodie etiam atq; ade
sufficiunt, ut tales mulieres malefic
ex illis condemnentur ad mortem, u
expressè dicit idem Jul. Clar. lib. 5. sen
tent. §. fin. quæst. 20. vers. penult.
magis in specie, quod tales mulier
quæ in tormentis nihil sunt confess
& tamen deprehensum in eis male
cium taciturnitatis, ex quo lacryma
non potuerunt, & quæ sunt diffama
nec non familiaritatem habuerunt c
aliis maleficis, & ab illarum pluri
delatæ fuerunt per judicem secular
igni possunt adjudicari, aperte tene
compilat. Mall. malefic. in 3. par
quæst. 15. col. 2. & 3. & quæst. 33. c
penul. in quibus locis proprie loqu
tur in terminis nostris, & illorum se
tentia probatur ex jis, quæ per discu
sum ex jure deduximus, facit quod n
tabiliter dicit Matth. de Afflict. in co
stit. Regn. lib. 1. Rub. 21. constit.
47 quæst. num. 7. Quod principes ter
non debeant grandia delicta dimitter
etiam

etiamsi legitimæ probationes deficiant, sed conari cum omni diligentia, ut delinquentes inveniantur, & inventi puniantur, per l. congruit, cum ibi notat per glos. & Dd. ff. de offic. Præsid. & Specul. in tit. de offic. judic. §. 1. num. 1. neq; huic conclusioni obstat, quod supra allegavimus, sive sufficientes, sive insufficientes probationes seu indicia contra dictas maleficas extiterint, quod jam, ex quo illæ in tormentis nihil confessæ sunt, omnia sint purgata, & quod ita fidejussoribus saltem sint relevandæ. Quia primum hæc doctrina non procedit, quando probatio facta est per testes: potest enim judex reum damnare ad mortem, contra quem probatum est delictum per testes, quamvis ipse deinde positus ad tormenta noluerit hoc confiteri per text. cum glos. in l. si quis per hoc genus C. de Episc. & Cleric. & ibi notat Paul. Castrens. post princ. text. & glos. in l. 2. in fin. C. Quorum appellatio non recipitur, qui textus in terminis maleficarũ loqui-

loquitur, & idem ibi tenent Bald. & Alberic. idem Bald. in c. ad noſtram, num 4. ext. de probation. Alex. in Apoſtil. ad Bart. in l. unius, §. 1. in fin. ff. de quæſtion. per text. in l. qui ſententiam. C. de pœn. per quem ibi tenet Hippolit. de Marſil. in ſing. 108.

48 & ratio evidens eſt, quia judex non poteſt derogare probationi factæ per torturam, ne per indirectum detur occaſio liberandi accuſatum vel inquiſitum, contra capit. cum quid unum via de R. J. in 6. Deinde illa doctrina non procedit, quando non adſunt quidem probationes veræ & plenæ, ſed tamen indicia indubitata vel certè vehementia, ita quod per torturam in totum purgari nequeat, quod ipſum fatetur Cæpoll. in d. conſ. 32. col. fin. ſuperius in contrariam partem citatus, idque latius deducit, quod in caſu noſtro expeditum eſt, in quo contra dictas maleficas tam multa & vehementer urgeant. Neq; poſſunt in caſu noſtro probationes vel indicia

aliquo

aliquo modo purgata dici per tortu-
ram, cum ex eo, quod tortæ lachry-
mare non valentes, maleficium taci-
turnitatis prodiderint, atque fidem
indiciorum auxerint, ut superius de-
duximus per Reg. Vulg. quod in- 49
ducta ad augmentum non operentur
diminutionem. Tertiò eadem doctri-
na non procedit in criminibus enor-
mibus & exceptis, quæ continent im-
manitatem, quale est crimen malefi-
carum, prout inter cætera comme-
moratur, in l. 2. C. quorum appellat.
non recipit. Ita in termin. voluit
Bald. in l. 1. in fin. C. de juram. ca-
lumn. & pro hoc (licet Bald. non
dicat.) bene facit text. in l. etsi ex-
cepta, C. de malefic. & mathemat.
quam ita ibi ponderat Alberic. de
Rosate quod etjam convictus testi-
bus, vel alias sufficienti probatione
possit tormentis subdi, nec tamen
propterea dimittitur, sed ecu-
leo intruditur bestiarum ungulis

lace-

lacerandus vel devorandus, qua
pœnam Johan. Berber. in viatorio ju
tit. de sortileg. col. fin. mitiorem app
lat, quam alioqui pro hoc crimine
tutam ordinariam, quod etiam di
loco sentire videtur, quamvis Grila
in tract. de sortileg. quæst. 11. princ.
13. videatur velle esse graviorem, cu
mentem hic scrutari nihil attinet,
cunq; sit, ita Berberius & Griland.
clarant pœnam in d. l. etsi excepta
pressam, licet verba illius textus al
sensum videantur præ se ferre. N
enim dicunt, in eculeo ponatur, sed
sit eculeo deditus (quod alioquin
cies tormenti est) ungulisq; sulca
bus latera perferat pœnas prop
dignas facinore. Quod ipsi intelligu
id est, bestiarum ungulis discerpatur
devoretur. Quorum intellectus
tolerandus videtur, cum text. expre
dicat, hoc in pœnam irrogari. Et
magis, quia textus ibi adversativè
cutus est ad priorem dictionem,
verò, & in priori parte d. l. etsi excep

jam dixerat de cruciatu & tormentis: vnde in ſecunda parte adverſativa non poteſt iterum de tormentis intelligi. Tamen ut ipſa in proprio ſenſu accipiantur verba, ſit eculeo deditus, bene poteſt intelligi, ut prius eo genere, torqueatur pro habenda confeſsione, Etſi nihil in illis tormentis confiteatur hanc perferat pœnam, de qua ibidem. Et ſane iſta videtur meus Alberici, licet non aperte declaret: Reliquorum verò nullus hoc tangit, tametſi valdè neceſſarium erat. Nos vero puritati ſermonis inhærentes, text. d. l. etſi excepta aliter quam Berber. & Griland. intelligimus, nimirum, quod eo caſu nolenti 50.
confiteri crimen ſuum tam ingens tortura & cruciatus inferatur pro pœna, hoc eſt, quod ibi dicitur, ſi convictus repugnaverit, ſit eculeo deditus, unguliſq; ſulcantibus latera perferat pœnas. Sulcantur enim & lacerantur taliter latera ungulis ferreis, ut ſic confi-
cantur, vel pœnam dilacerationis ſuſtineant, propter ſuam pertinaciam,

Facit optimè pro intellectu illius textus in c. 1. prope finem 23. quæst. 5. ibi: Quando tantorum scelerum confessionem non extento eculeo, non sulcantibus ungulis latera, non urentibus flammis, sed virgarum verberibus eruisti. Archidiacon. nu. 2. melius ad prædictam declarationem facit l. 1. C. de numerar. & acturar. &c. lib. 12. in fi ibi dicens, Conditioni eos subdi to mentorum, & eculeis atq; dilaceratio nibus subjacere, ubi Bart. Johan. de P Jacob. Rebuff. & alii præsertim Luc vic. de penna col. ad. med. qui ex i textu expressè notant, quod tortura i terdum sit pro pœna, ut ibi licet reg lariter adhibeatur tantum pro eruen veritate, & in sceleribus etiam magn alioqui non extento eculeo, non su cantibus ungulis dari debeat, ut ibi l tius per eum. Cujus verba omnia T cito authore refert, & sequitur Paris Put. in tractat. Syndicat. in verb. to
51. tura, col. 2. n. 1. Sed ubi lex hoc stat observandum est, ut l. observandu

ff.

ff. de offic. præsid. & l. prospexit, ff. qui & à quib. manumiss. sic etiam est in d. l. etsi excepta, quæ tamen hoc amplius vult quod maleficus illam pœnam debeat perferre, donec repugnaverit pernegando. Aliâs autem, ubi crimen commissum est, constat & adest confessio rei, in tales maleficas statuta reperitur pœna concremationis, l. 3. C. de malefic. & mathemat. tradit Abb. & alii in c. ad abolendã ext. de hæretic. Porrò ex præallegato loco satis apparet, dictas maleficas fidejussoribus nequaquã relaxandas esse, cum omnino cõdemnari & aliqua pœna affici debeant, licet etiã indicia contra dictas veneficas adeo nõ essent indubitata, ex quo versamur in enormi crimine maleficarum, ipsæ non essent cautionibus vel fidejussorib. tradendæ, propter periculum vindictæ futurũ, & alia, de quib. compilat. Mall. malef. in part. 3. q. 8. & quæst. 16. in princ. col. 2. & latius per Jul. Clar. in 5. lib. sent. fin. q. 40. col. 3. cum aliquot seq. Verũ amẽ quia nos processum contra dictas

veneficas, & contra ſocias earum jam-
dudum incineratas, & qualiter illæ fu-
erint examinatæ cum omnibus circum-
ſtantiis, non vidimus, quem ad certio-
rem conſtituendam ſententiam vidiſſe
debebamus, ſed ex amicorũ relatione
cognovimus, juxta c. fin. de hæretic.
in 6. non ſatis nobis conſultum vide-
tur, quod dictæ veneficæ abſq; alio in-
dicio nunc ad pœnam concremationis
condemnentur. Poſſet quidem hoc
fieri, ut paulò ante oſtendimus, ſed non
propterea fieri debet, ut l. non quid-
quid, ff. de judic. Eſt enim in arbitrio
52. judicis, quantam fidem adhibere ve-
talibus indiciis & atteſtationibus ſo-
arum criminis per ſæpè d. c. in fidei, &
hæretic. in 6. Hoc verò ex iis, quæ ſu-
perius in caſu deduximus, bene fa-
mur, quod contra dictas maleficas in-
dicia indubitata extent, quod & ipſ-
maleficæ ſint, ex quibus licet conde-
nari poſsint capitaliter, ſecundum
quæ 5. allegavimus: tamen tutius eſt
dicunt Dd. ne quis ex ſolis indiciis in-
dub-

dubitatis capitaliter & ordinaria pœna condemnetur, nisi eruatur quoq; ipsius confessio per torturam, ita tradit Bald. in l. milites col. 2. in fin. C. de quæstion. & Francis. Brun. in tract. de indic. part. 1. quæst. 4. num. 13. allegantes pro hoc in terminis nostris d. l. etsi excepta ad fin. C. de malefic. & mathemat. quam ibi ita quoq; intelligit Alberic. de Rosat. notans ex eo quod convictus tali crimine, non puniatur ordinaria pœna delicti, nisi etiam fuerit confessus, quod & Berber. voluit in viator: jur. d. tit. de sortileg. col. fin. & hoc vult etiam pœnalis constit. Caroli V. tit. de iudubitatis maleficiis art. 16.

Nec tamen tortus evadit condem- 53.
nationem, si crimen confiteri nolit, ut patet in d. l. etsi excepta, cujus verba paulo ante ad hoc ponderavimus, sed condemnetur nihilominus ex indiciis indubitatis, mitiori autem pœna ut copiosè tradit Gandin. in tract. Malefic. Rubr. de præsumption. & indic. indubit. nu. 2. & 12. Ang. in tract. male-

ficior. in verbo, quod fama publica,
18. in fin. Hippolit. de Marsil. in pra
§. quoniam num 31. & seq. Castrens.
cons. 299. nu. 4. in 2. part. Cæpoll.
cons. 6. nu. 9. & 10. Alex. cons. 188. n.
in 7. vol. quia per tortur. in tali præs
tim crimine talia indicia violenta n
purgantur, ut supra latius probavim
Sic etiam observari dicit Jul. Clar. d.
fin. quæst. 64. col. 22. vers. apud n
quandoq; etiam post gravem tortur
& perseverantiam rei in negatione,
indicia sunt valde urgentia, solet ju
reos condemnare, non quidem ad p
nam ordinariam, sed extraordinaria
puta, triremem aliquando ad temp
aliquando in perpetuum, præsert
quando est reus valde famosus, qu
refert etiam Egid. Bos. in tit. de inq
sitio. n. 30. quam pœnam in propos
nostro inferri tradit etiam Domhau
in pract. crim. c. 51. de legat. ad ergast
seu vincula nautica, ibi latius explic
Sed quia ista pœna non convenit
54. mulieres, neq; apud nos valde est in u
n

nec in talibus violenter ſuſpectas maleficas ſatis tuta. Illa vero altera in d. l. Etſi excepta, C. eod. expreſſa quoq; nõ valde ſit uſitata, videlicet quod veneficæ perpetuis carceribus mancipare debent, ut tradunt compilat. Mall. malefic. in 3. part. quæſt. 6. prope fin. & quæſt. 8. prope fin. & quæſt. 14. Dimitti 55.
enim cum diſcrimine humanæ ſocietatis non debent. Nec refert, quod de
jure civili pœnam perpetui carceris 56.
non debeat quis ſuſtinere, ut l. incredibile, C. de pœn. quia ſi ita quis damnetur, tenet tamen ſententia, ut ibi notat Johan. Faber. & alii atq; de jure Cano. pœna perpetui carceris imponi poteſt, C. contra idolorum 26. quæſt. c. penult. §. fin. ext. de hæretic. c. quamvis de pœn. in 6. cum ſimilib. Quæ licet ca- 57.
pitalis ſit & æquiparetur pœnæ mortis, ut tradit Innoc. in c. qualiter & quando ext. de accuſation. Bart. l. 2. ext. de pœn. Benignior tamen eſt in hæreticos maleficos, quam pœna concremationis. Et eam quoq; poſſe de jure civili,

si modo insolitum non sit loco, aperte
sentit Bald. & Angel. in d.l. incredibile
quod hodie minus difficultatis habet
cum pœna carceris usu recepta sit, u
notum est. Præsertim in casu malefica
rum suspectarum, quæ crimen fate
nolunt, nec tamen veris probationibu
convictæ sunt, argument. text. in d.
etsi excepta, ubi eculeo dedita deind
ungulis dilaceratur, quod equide
majorem denotat pœnam; Et ita
præsentia concludimus tanquam
mitiorem & securiorem partem.
58. etiam incarcerata non poterit evade
& nocere, quia divina justicia tu
non permittit dæmoni naturalem po
tentiam exercere incarceratis, Ne fo
tè judices & officiales curiosi vident
manifesta signa liberationis invitent
ad sequendam sceleratam illorum pr
fessionem, ut habetur per Dd. in c. ne
mirum 26. quæst. 5. & tradit latiu
Griland. in tract. de sortileg. quæst. 9.
59. fin. Non volumus tamen statim ad co
demnationem properari: sed omnibu
modi

modis adhuc per varia media tentari,
an posit haberi earum confessio,
etiam per repetitam torturam. Quam-
vis enim magna sit inter Dd. disputa-
tatio, An & quando tortura in eodem
homine repeti possit, atq; communiter
velint à nobis indiciis reum quæstio- 60.
nibus iterum subjici non posse, ut ple-
nissimè hoc post alios tradit Hippolit.
de Marsil. in l. repetit, ff. de quæstion.
Paris de Put. in tract. de Syndicat. §. de
repetit. fol. 271. & seq. Anton. Gomes.
lib. 3. resolut. cap. 13. num. 26. Jul. Clar.
lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 64. col. an-
tepen. & penult. qui infinitos penè Dd.
in hac materia citant. Tamen in hoc
omnes conveniunt, quando reus est
quidem tortus, sed non sufficienter,
quod in torturam possit repeti, ut vi- 61.
dere est apud Marsil. & alios præalle-
gatos, imò si consuetudinem Judicum
quorundam inspiciamus indifferenter
illi repetunt torturam absq; novis in-
diciis, ut ex Dyn. Gandin. & aliis refert 62.
Marsil. in d. l. repetit. ante nu. 6. idem

testatur Jacob. de Beluis. in pract. cr
min. tit. de quæstio. nu. 92. pro quibu
benè facit textus in §. illud vers. opo
tet, Auth. ut judices sine quoquo suffr
gio, ibi ipsi torquebant & non primit
requiescant, donec reddant furta, &
sed esto sanè, quòd ista jura non ita g
neraliter sint intelligenda, sed ita,
nova superveniunt indicia, ut D
communiter volunt: Tamen eadc
opinio rursus non procedit, quan
prima indicia contra reum valde s
urgentia, tunc enim non attenta pr
tortura, in qua ipse nihil confessus
Reus iterum torqueri potest, per te
in l. unius §. 1. ff. de quæstion. qui di
Reus evidentioribus argumentis
pressus, repeti in quæstionem pot
quem sic intelligit ibi Bart. n. 2. dic
ita practicari. Idem dicit Salic. in l
col. fin. C. de custodia reor. Socin.
cons. 54. n. 14. in 3. vol. Anton. Gom
lib. 3. resolut. cap. 13. sub n. 26. ubi di
se ita semper tenuisse legendo & co
sulendo. Idem sequitur Jul. Clar. d.
fi

fin. quæſt. 61. col. fin. Domhaud. in practic. crimin. cap. 38. de repetit. quæſtion. n. 3. Modo utramvis opinionem capiat judex, non poterit errare in caſu noſtro, torturam repetendo, quia nec ſufficienter tortæ videntur dictæ veneficæ, & prima indicia, ſunt valdè vehementia, ut ſuperius demonſtravimus: & deinde in ipſa tortura aliud novum ortum eſt indiciũ, ſcilicet quòd dictæ mulieres veneficæ in ipſo cruciatu non potuerunt lachrymare, ut pariter oſtendimus. Hoc enim prius ſciri non potuit, & tunc propter hæc tortę non fuerunt, ſed propter aliud, & ideo ſatis novum eſt indicium, & conſequenter tortura repeti poterit, atq; ſi confiteantur crimen, pœna ordinaria concremationis afficiantur. Verum tamen, quia valde timendum eſt, ne etiam altera vice, propter taciturnitatis maleficium aliquid confeſſuræ ſint, non incommodum eſſet, prius adhibere alias quaſdam cautelas, de quibus per compilat. Mall. malefic.

in 3.

in 3. part. quæſt. 13. 15. & 16. qui dicunt
63. quod judex debeat ad eas admitte
honeſtas perſonas, quæ eas erudian
atq; ad veritatem dicendam diſponan
& ut tormentorum cruciatus fugian
& quod morti non tradentur, ſi mod
reſipiſcant, ſed aliter & leviori pœn
punientur, commemorantes eis ſqu
lorem carceris. Solent enim & fr
quenti meditatione rei calamitate ca
ceris, & replicata informatione bon
rum, qua confortantur citius ad con
tendum indici, quam per tortura
quod re ipſa expertos ſe eſſe teſtan
compil. Mall. malefic. Idem juribus
exemplis demonſtrat Paris de Put.
tract. Syndicat. §. & advertendum
fol. 264. apud quem videri poteſt.

At ſine his quidem ſuaſionib
64 poſſunt induci, ut veritatem fateantu
nihilominus blandè tractentur, & an
quã ad eas torquendas procedatur,
aliis mulieribus honeſtis exuantur v
ſtibus omnibus, atq; aliis induantur,
forte aliquod maleficium inſutum g

rere

rerent vestimentis, nihilq; eis relinquatur, quod eorum fuerit appensum vel ligatum in corpore, nec in capite aut crinibus. Imò si ita videbitur, pili & crines ex omni parte corporis abradantnr & laventur. Comperisse enim se dicunt, quod interdum in pilis tenent maleficium pro taciturnitate, & quandoq; in locis secretissimis non nominandis, idipsum docet Paris de Pur. in tract. Syndicat. §. tortura 3. in fin. fol. 269. & hoc profuisse asscribunt: Deinde ligentur ad chordas, & dum instrumenta ad torquendum dispoiuntur, judex per se vel alios bonos viros inducat quæstionandas ad fatendum veritatem liberè. Et si fateri noluerint, mandet ministris, ut instrumenta applicentur, qui statim in hoc obtemperent, non læti, sed quasi turbati. Tandem ad interces sionem illorum bonorum virorum iterum solvantur, & ab ipsis ad partem trahantur, & informentur denuo ad dicendam veritatē faciendo ei spem, quod morte

non

non afficientur. Tunc autem, ſi ad
confitendum induci non poſſunt ſub
jiciantur quæſtionibus, & interroge
tur ſemper prius de levioribus, quæ fa
cilius confitebuntur quàm gravior
ſcilicet quæratur de ijs, quæ dicuntu
factitaſſe, vel ſi quę unguenta vel pyx
des, item libri in domibus eorum fui
ſent reperti, ad quem uſum illos hab
erint, & de ſimilibus, & niſi prius co
feſſę ſint, quibus hominibus vel anim
libus nocuerint, aut quæ maleficia pr
curaverint, non interrogentur, qu
annis fidem abnegaverint, & quamd
incubum dæmonem habuerint, qu
hoc nunquam ante alia fatentur:
interim Notarius in proceſſu ſcrib
de quibus interrogatæ fuerint, & qu
reſponderint. Si quoq; ita nihil co
fiteri velint, adferantur ad eam v
ducantur ad graviora tormentoru
genera, indicando eis, quod oportea
hæc ſuſtinere, niſi fateantur verit
tem. Debet enim de iſtis maleficis
65. ſimilibus acerrima fieri indagatio,

l.

3. C. de Episc. audient. & l. 2. C. quorum appellat. non recipit. Et si ne eo per istum terrorem mutent pertinaciam, assignetur eis terminus pro secunda vel tertia die ad continuandum tormenta, ut per inquisitor. indicta 4. quæst. ad fin. unde etiam in terminis tradit Paris de Put. in tract. Syndicat. in §. de repetitione, ante n. 6. Quod ad omnem dubitationem tollendam solent carnifices justiciæ protestari & judex interloqui, quod pro nunc intendant supersedere in tortura cæpta, nec perfectè data, repetiturus eam alia die, & quoties opus fuerit ad indagandam veritatem. Quam cautelam desumptam fuisse putat ex notationibus in d. l. unius, §. 1. de quæstion. Nam alioqui tortura regulariter repeti non debet, nisi supervenientibus novis indiciis, de quibus supra diximus. Intra illud autem tempus judex diligentem ejus custodiam constituat, ne solæ relinquantur, quia 66. 67.

quia à Dæmone frequentabuntur &
68. ſollicitabuntur, ut ſibimet morte
conſciſcant, adveniente autem die te
mini, judex prius bene adhortatas
confitendum examinet, cum omnib
circumſtantiis, ſi ex reſponſione eo
viderit hoc faciendum eſſe. Ac ſi co
fiteantur benè eſt, ſi verò repugne
pernegando vel nolendo explic
confiteri quæſtionibus eas exponat
dum à terra elevantur, faciat judex
citari dicta ſociarum ſive teſtium ſ
miſsis nominibus, & dicat eis, ecce
teſtes convictæ eſtis.

Ad extremum verò, ſi hæc omn
non proficiunt, non tamen dimitta
69. tur, ſed ſi poteſt fieri, ducantur ſeor
ad aliquod caſtrum remotum, & c
plures dies ibi fuerint cuſtodiæ tradi
fingat Caſtellanus, ſe ad longinq
partes peregrinaturum, & inter
ſubornentur mulieres aliquæ, quæ il
viſitent, de variis colloquantur, p
mittentes eis, quod velint eas dimit
re, liberè abire, dummodo informe

as de certis quibusdam experimentis. Nam per hunc modum sæpissimè fuerunt fassæ & convictæ, ut dicunt inquisitor. d. c. 16. in fin. ubi referunt exemplum de malefica, quæ nullis tormẽtis & quæstionibus induci poterat ad confitendum crimina, & tandem modo supra scripto, cum crederet Castellánum abesse, qui tamen prẽsens latebat, res familiares intrantes promittebant ei relaxationem, si informaret illas de modo excitandi grandines, quod capta, quamvis primò dolosè secum agi putaret, ipsis instantibus & videntibus, fecit in nominato loco excitando grandines, & per hoc habita evidentia facti, & deinde quoq; confessione, digno supplicio fuit affecta. Aut si omnia hæc nihil ad habendam confessionem proficerent, possit judex eis indicare, quod iam sint non obstante pertinaci repugnatione eorum ad mortem condemnatæ, & si circumstantiæ patiantur, ficte eas jubeat duci ad supplicium, non tamen morti verè tradat, an si

forte sic ad pœnitentiam prius adhor-
tatæ aliquid confiterentur, & hoc poss-
70. fieri probatur exemplo Salomonis, qu-
etiam fingebat se velle, quod noleba-
in c. afferte ext. de præsumpt. & ib
notat num. 2. ff. de quæstion. tradi
Paris de Put. in tract. Syndicat. & in
§. & advertendum est, in princ. fol. 26
& §. sequetur modo, pag. 300. ubi infe
notabilem quæstionem.

Quod si judex prædictis omnib
diligenter adhibitis animadvertat qu
stionatas nolle detegere flagitia sua, i
terroget eas, An pro innocentia s
velint subire judicium candentis ferr
71. vel aquæ frigidæ? cui forte respond
bunt, quod sic velint: omnes enim m
leficæ hoc affectant, scientes se p
dæmonem ab omni læsione præse
72. vari, & ex eo ipso, quod verè mal
ficæ sint, agnoscuntur. Sed judex sim
pliciter replicabit, quod non posit
absq; temeritate tanto periculo sub
mittere, neq; etiam talem purgatio
nem tanquam opus quoq; magicum a

dia-

diabolo auctore excogitatum com- 73.
mentum concedat, cum omni jure ſit
prohibita, c. fin. ubi plene notant ex.
le purgat. vulg. de quo etiam compil.
Mall. malef. in 3. parte quæſt. 17. in
in. ubi notabile referunt exemplum.
ed aliquis hic forte dicat: Eſto, purga-
io aquæ frigidæ tanquam perverſa &
perſtitioſa jure eſt prohibita, interim
men negari non poteſt apud Saxones
noſtris partibus nihilominus eſſe in
requenti uſu. Reſponſum huic paucis
elim, fateri nos utiq;, judicium
quæ frigidæ paſsim in frequenti eſſe
ſu, ſed non niſi imperitæ vulgi multi-
udinis, & minorum gentium (ut ille
it) hominum uſu, qui alioqui omnia,
uæ vel cogitant & faciunt, integris &
andidis viris debent eſſe probata, non
ttento eo quod dici ſolet: Ea, quæ
ommuniter à vulgo fiunt, non eſſe in 74
xemplum trahenda.

Etſi autem in hoc noſtro infælici ſe-
ulo veteres ſuperſtitiones, inter quas

non, infimum locum purgatio aqu
frigidæ obtinet, conſopitæ & oli
75. damnatæ renovantur, & quaſi repu
lulaſcere videntur. Tamen judex v
magiſtratus poteſtate & authorita
76. fungens hac in re providus & circu
ſpectus eſſe debet, ne peccet contra
cundum Decalogi præceptum. Qu
purgatio aquæ frigidæ dicitur vul
77. ris: quod nulla Canonum aut leg
auctoritate fundata ſit, ſed à vulgo
venta, & Diabolo fabricante int
ducta, ex. c. Mennam & c. conſului
& eſt perverſa & ſuperſtitioſa: q
intendat probare innotiam vel culp
hominis per experimentum, non
çundum naturam, neq; ſecundum ſa
ſcripturam, ſed per modum ſuper
tioſum, juxta cap. fin. ex. de purg
vulgar. & 2. quæſt. 5. d. c. Mennam,
c. conſuluiſti. Panorm. & Pet. de A
chor. in d. c. fin. Mart. Navarr. in m
nuali confeſſar. c. 11. n. 39.

78. Ad hæc, qui tali vulgari probatio
utuntur, tentant Deum, dum quæru

abo

ab eo miraculum ſine cauſa. Ferrum candens cum naturalis ſit actionis, ita ædit innocentem, ſicut peccantem, & naqua frigidâ ita mali ſubmerguntur, icut boni.

Ad miracula autem, quæ ſuo arbi- 79.
rio Deus reſervavit, ut Anchoranus ait, non ferro candente vel aqua fri-
gida, ſed juſtis orationibus commove- 80.
tur Deus.

Hinc in ejuſmodi probatione du-
plex committitur peccatum tentatio-
nis nimirum Dei, & ſuperſtitionis:
quia pactum implicitum intercedit
cum Dæmone. Ad quod facit aucto-
ritas D. Thomæ Gram. 2. quæſt. art. 8.
dum ait: Dicendum, quod judicium
ferri candentis vel aquæ frigidæ, ordi-
natur quidem ad alicujus peccati oc-
culti inquiſitionem, per aliquid quod
ab homine fit, & in hoc convenit
cum ſortibus: In quantum tamen ex-
pectatur aliquis miraculoſus effectus à
Deo, excedit communem ſortium ra-
tionem. Unde hujuſmodi judicium illi-

citum redditur, tum quia ordinatur a
judicanda occulta, quæ divino judici
reservantur, tum quia hujusmodi ju
dicium non est divina auctoritate sa
citum. Unde 2. quæst. 5. cap. consu
luisti, in decreto Stephani Papæ dici
tur. Ferri candentis vel aquæ ferven
tis examinatione, confessionem ex
torqueri à quolibet, sacri non censen
canones, & quod sanctorum Patru
documento sancitum non est, superst
tiosa adinventione non est præsume
dum. Hæc D. Thom. ex canone.

81. Secundo, Non solum peccant q
gentes subire probationem aquæ f
gidæ, sed etiam omnes, qui credu
inesse effectum ad probandum inn
centiam vel culpam, nisi eos ignora
82. tia probabilis excuset. Quia est opu
superstitiosum, à diabolo introductum
ex pacto cum eo implicitè habito pro
cedens: Ergo peccat contra 2. Dec
logi præcept. qui fidem adhibet ta
rei. Nam similes sunt qui faciunt ea,

&

& omnes qui confidunt in eis. Ex qua causa, quia admonentur talis erroris, & non deponunt nec acquiescunt veritati, tam diu sunt in peccato, quam diu non desistunt à tali superstitione. Quia post admonitionem non est amplius locus probali ignorantiæ. Quare recte Bodinus & alii contra Scribonii, damnant probationem aquæ frigidæ, tanquam opus diabolicum.

Tertiò si quis, vel quæ ponatur ad probationem aquæ frigidæ, & virtute talis indicii præsumpti confessio extorqueatur in tormentis, confessio nullius roboris & momenti, & consequenter reus vel rea non potest ex ea condemnari. Probatur confessio, quam nullum indicium legitimum præcedit, etiamsi in tormentis facta sit, & reus in ea perseveret, est nulla ipso jure nec potest confessus ex ea condemnari, per text. glos. Br. & alios in l. pen. ff. de quæstio. Alex. in l. qui aliena, §. Celsus n. 12. ff. de acquiren. hæredit. Jas. ibi n. 38. Angel. in tract. malefic. in verb. 83.

fama publica vers. quinto quæro Hip. pol. de Marsil. d. l. pen. & in pract. crimin. §. secunda quæstion. num. 2. Emanuel Soarez in Thesau. Recept. senten. verb. confess. Francis. Bruno de indiciis & tortur. 2. part. q. 5. Francis. Vivi lib. 2. com. opin. 70. Jul. Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 55. & hæc est communior opinio.

Sed hæc talis confessio elicitur virtute nullius legitimi indicii, cum tali probatio juri & rationi repugnet, u constat ex dictis. Si ergo indicium nullum est: confessionem inde sequentem esse, nullam necessum est. Si confessi nulla est, ergo & sententia nulla, qu inde virtutem sumit. Ex prædictis co stat abusum illum probandi apud ant quos fuisse reprobatum, tanquam fu perstitiosum, nunc vero nostris tem poribus denuo maligno procurant
85. revocatum. Causam verò, quare no submergantur sagę, si ita sit, ut refertu non referimus ad levitatem, cum nulla dæmoni insit (gravitas enim & levitas

sunt

ſunt qualitates corporum, ex elementis compoſitorum) ſed in potentiam dæmonum. Qui enim poteſt celerrimè per aërem corpora ad remotiſsima loca deferre, ſua virtute valet etiam ſuſtentare, ne ſubmergantur. Nam ſi vir mediocris potentiæ puerum poteſt tenere, ne profundum petat, quanto magis dæmon hominem deferre valebit? Hoc autem facit non ut nocentiam ſagæ declaret, cui omnem ſuam in protegendo operam addixit 86.
ad ſalvandam innocentiam in conſpectu hominum, (Mallet enim talem, ſi in culpa ſit, innocentē, quàm culpabilem oſtendere, atq; ſic potius permittet in profundū deſcendere, quod tàm 87.
naturale eſt corpori gravi, quā natare contra naturam.) Sed ut in tali opere, dum fortaſſe unam perdit animā, quæ ad Deum per pœnitentiam revertitur, plures per infidelitatem & ſuperſtitionem ſibi ſubjiciat. Etenim & cooperantes & fidem adhibentes, in laqueum diaboli cadunt. Sortitur autem

hoc opus ſicut & aliæ ſuperſtitiones,
88. de quibus antea actum eſt, effectum
ex pacto implicito cum dæmone. Dum
enim homines ſcire volunt occulta
per modum nec à natura, nec jure di-
vino & humano permiſſum, aut ordi-
natum, diabolus tanquam mille ar-
tifex accurrit, & manus adjutrices
porrigit. Atq; eam ob cauſam Canones
& Doctores vulgarem probationem
tanquam rem ſuperſtitioſam & dia-
bolo ſuggerente inventam, reproban-
dum tales effectus neque ſecundùm
Canones, vel Eccleſiæ conſuetudi-
nem, aut rei naturam cum cauſis con-
jungantur, quam Regulam, ut ſupra
ſignificatum eſt, Auguſtinus lib.
89. cap. 20. de doctrina Chriſtiana, in-
dicat pro dignoſcendis ſuperſtitio-
nibus. Qua regula etiam rejicitur ficta
illa antipathia. Nam aquæ talem tri-
buere effectum, indiget alia confir-
matione aut ratione aut auctoritate
probandum eſt. Quis enim aquam
in Baptiſmo diceret talem tantamque
vim

vim habere, nisi expresso Christi testimonio probatum existeret? Neque aquæ soli virtus salubriter abluendi tribuitur, sed accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum, ut dicit D. Augustinus tractatu suo in Johannem.

Præterea ut ex d. c. Mennam & aliis colligitur, hac probatione antiqui abusi sunt etiam in probandis aliis sceleribus: quomodo ergo nunc solum obtinet in sagarum crimine? Accedit hic quod Bodinus lib. 4. Dæmonomaniæ cap. 4. refert, dum inquit: Sapiens verò judex ad consequendum veritatem omnes præsumptiones comportaturus est: modò ne id faciat, quod multi judices in Germania solent. Hi enim aut magos alios conquirunt, ut per eos ad saltum cribri rescisant, an reus fortes exerceat: aut ambos pedes sagæ & manus colligantes eam imponunt aquæ leniter, eamq; si saga fuerit, in fundo mergi non posse putant.

Hac

Hac enim via diabolus judicia, quæ ſancta oportet ſervari, commutat in ſcholam magiæ. Sed hanc diſputationem Philologis & Phyſicis, cum noſtræ non ſit profeſsionis, relinquens his ſuperſedeo.

Quare nunc concluſio totius Reſponſi eſt, quod judex omnem ad-
90 hibeat diligentiam pro eruenda confeſsione dictarum Sagarum, & ſi eam conſequatur, facta ejuſdem ratificatione conſueta pœna ignis ſeu concremationis eas damnet. Si vero confeſsionem criminum ab eis extorquere nequeat, eas tamen minime dimittat, ſed nihilominus perpetuo carceri tradat, cujus ſqualore fortaſsis perteſi tandem crimen fatebuntur, aut ſupervenient novæ probationes, quibus evidenter convincantur, & tunc quid facere debeat, Judex ſatis habet.

Et hæc amici optimi jam pro temporis anguſtia ad propoſitum caſum reſpondere volui, cumq; ex animo veritatis

ritatis & juſticiæ amante ſimulationiſq; omnis experte profecta ſint, ut animo conſimili accipiantur, poſtulo: Salvo tamen per omnia cujuſvis doctioris & peritioris de jure ſaniore judicio. Dat. Luneburg. Ultimo Junii die. Anno 1597.

H. A. D. J.C.

AU-

Hac enim via diabolus judicia, quæ
ſancta oportet ſervari, commutat in
ſcholam magiæ. Sed hanc diſputatio-
nem Philologis & Phyſicis, cum noſtra
non ſit profeſsionis, relinquens his ſu-
perſedeo.

Quare nunc concluſio totius
Reſponſi eſt, quod judex omnem ad-
90 hibeat diligentiam pro eruenda con-
feſsione dictarum Sagarum, & ſi eam
conſequatur, facta ejuſdem ratifica-
tione conſueta pœna ignis ſeu con-
cremationis eas damnet. Si vero con-
feſsionem criminum ab eis extorquere
nequeat, eas tamen minime dimittat,
ſed nihilominus perpetuo carceri tra-
dat, cujus ſqualore fortaſsis perteſæ
tandem crimen fatebuntur, aut ſuper-
venient novæ probationes, quibus
evidenter convincantur, & tunc quid
facere debeat, Judex ſatis habet.

Et hæc amici optimi jam pro tem-
poris anguſtia ad propoſitum caſum
reſpondere volui, cumq; ex animo ve-
ritatis

ritatis & juſticiæ amante ſimulatio-
niſq; omnis experte profecta ſint, ut
animo conſimili accipiantur, poſtu-
lo: Salvo tamen per omnia cujuſvis
doctioris & peritioris de jure ſa-
niore judicio. Dat. Luneburg.
Ultimo Junii die.
Anno 1597.

H. A. D. J.C.

AU-

AUTHORUM IN HOC RESPONSO ALLEGATORUM

Catalogus.

A.

Abbas Panor.
Alexander de Imola.
Albericus de Roſate.
Anthonius Gomeſius.
Andreas Alciatus.
Anthonius de Butrio.
Anthonius Blancus.
Angelus Peruſinus.
D. Auguſtinus.
Archidiaconus.

B.

Baldus de Vbaldis.
Bartholus de Saxoferr.
Barbatia.
Bodinus.
Boncompegius.

C.

Cæpolla.
Compilat. Mall. mal.
Corneus.
Curtius Senior.
Cynus Piſtor.
Conſtit. Carolina.

D.

Didacus Covarnivias.
Dynus Mugellan.
Dominic. de S. Geminia.

E.

Egidius Boßius.
Eymon Gravetta.
Emanuel Soarez.

F.

Franciſcus Aretinus.
Franciſcus Brunus.
Franciſcus Poncinnibius.
Franciſcus Vivivius.
Fridericus de Senis.
Felinus.

G.

Gandinus.
Gabriel Saraina.
Guido de Suſaria.
Geneſis.

H.

Hippolitus de Marſiliis.
Hieronymus Cardanus.
Hieron. Gigas.

Iacobus

I.

Iacobus Rebuffus.
Iacobus de Beluiſo.
Iacobus Sprengerius.
Iaſon de Mayno.
Iohannes Andreæ.
Iohannes Baptiſta à Porta
Iohannes Berberius.
Iohannes VVeigerus
Iodocus Domhauderius.
Iohannes de Platea.
Iulius Clarus.

L.

Ludovicus de Penna.
Ludovicus Bologninus.
Ludovicus Romanus,

M.

Mattheus de Afflictis.
Mattheſilanus.
Martinus de Arles.
Martinus Navarreus.

N.

Nicolaus Boerius.

P.

Paulus Caſtrenſis.
Paulus Grilandus.
Paris de Puteo.
Petrus de Anchorâ.
Philippus Decius.

R.

Rolandus à Valle.

S.

Salicetus
Socinus Sen.
Speculator.

T.

Thomas Grammat.
Thomas Ferrarienſis.

Z.

Zarabella.

AUTHORUM IN HOC RESPONSO ALLEGATORUM

Catalogus.

A.

Abbas Panor.
Alexander de Imola.
Albericus de Roſate.
Anthonius Gomeſius.
Andreas Alciatus.
Anthonius de Butrio.
Anthonius Blancus.
Angelus Peruſinus.
D. Auguſtinus.
Archidiaconus.

B.

Baldus de Vbaldis.
Bartholus de Saxoferr.
Barbatia.
Bodinus.
Boncompegius.

C.

Cæpolla.
Compilat. Mall. mal.
Corneus.
Curtius Senior.
Cynus Pistor.
Conſtit. Carolina.

D.

Didacus Covarnivias.
Dynus Mugellan.
Dominic. de S. Geminia.

E.

Egidius Boßius.
Eymon Gravetta.
Emanuel Soarez.

F.

Franciſcus Aretinus.
Franciſcus Brunus.
Franciſcus Poncinnibius.
Franciſcus Vivivius.
Fridericus de Senis.
Felinus.

G.

Gandinus.
Gabriel Saraina.
Guido de Suſaria.
Geneſis.

H.

Hippolitus de Marſiliis.
Hieronymus Cardanus.
Hieron. Gigas.

Iacobus

I.

Iacobus Rebuffus.
Iacobus de Beluiſo.
Iacobus Sprengerius.
Iaſon de Mayno.
Iohannes Andreæ.
Iohannes Raptiſta à Porta
Iohannes Berberius.
Iohannes VVeigerus
Iodocus Domhauderius.
Iohannes de Platea.
Iulius Clarus.

L.

Ludovicus de Penna.
Ludovicus Bologninus.
Ludovicus Romanus,

M.

Mattheus de Afflictis.
Mattheſilanus.
Martinus de Arles.
Martinus Navarreus.

N.

Nicolaus Boerius.

P.

Paulus Caſtrenſis.
Paulus Grilandus.
Paris de Puteo.
Petrus de Anchorâ.
Philippus Decius.

R.

Rolandus à Valle.

S.

Salicetus
Socinus Sen.
Speculator.

T.

Thomas Grammat.
Thomas Ferrarienſis.

Z.

Zarabella.